







vid arist. c flobothomia p. p. d. 4 cap. 2°. in solutioni dubij .38.

A. a. b. c.
d. e. f. g. h.
i. k. l. m. n.
o. p. q. r. s.
t. u. x. y. z.

Della famiglia
Angeli -



Tabula dubiorum

Ac capitulorum Gentilis Fulgi. super Primo & Secundo Canon̄. Auicēne.

Gentilis legebat q̄tidie duas lectiones collegi fen. p^a. p. doct. 2. cap. 1. dub. 16. & 17. et p^a p. doct. 3^a. fol. 49 dubio 33.

Tabula dubioꝝ Gētilis

ei qd̄

videas [illegible] hoc 4. c. fen. 6. capº 2. duº 9.

Tabula dubioꝝ Gentilis

4 Utrum

vtr dilatato ~~[illegible]~~ dilatentur arterie. 83.
cordis

Tabula dubioꝝ Gentilis

Sup primo can. Auic.

Tabula dubioꝝ Gētilis sup Primo cañ. Aui.

Finis dubioꝝ primi libri.

Primus Aui. canon.



Auicēne medicoꝝ principis canonū Liber: vna cū lucidissima Gētilis Fulgi. expositione: qui merito est Speculator appellatus.

Additis annotationibus oīum auctoritatum ⁊ priscoꝝ ⁊ recentioꝝ auctoꝝ: proprijs locis ſm propria eoꝝ cap. vel cōmenta: pulchro etiã indice exornatus: qui ſm capitulorum numerum: dubiorum ordinem ostendit.

Nuper sollerti cura correctus: ab infinitisq; fere erroribus emēdatus: ⁊ nouiter in edibus heredū Octauiani Scoti ac socioꝝ: omni cum diligētia impressus.

Bartholomeus Tantuccius physicus dilectissimis auditoribus bene agere.

CUm Animaduerterem ꝙplurimos hactenus pro correctione Commentariorum Gentilis fulginatis (quē haud imerito Speculatorem appellāt) insudasse: minimeqꝫ ad portum ea redigisse: ineffabili quodam audientium amore ductus (quibus quo ad vita hos reget artus obtemperare proposui) imortale quodammodo opus hoc adire volui: quo inde ad Apollineaʒ artem facilior omnibus pateat accessus. En ergo lector acutissime quod promisi lege perlege ac scrutare diligentius.

¶ Vita Auicenne quam quidam illius arabs discipulus scripta ita reliquit.

PRincipem Aboaly Auicennam e Balech oppido oriundum fuisse constat patre viro in medicina percelebri. Is cum Mageri migrasset quo in loco medicine opus exercuit: vicinis populis ⁊ ciuitatibus magne fuit admirationi. Quare ⁊ multa egit preclara apud Aramenios: quibus oppidum quoddam vicinum erat: nomen satis est notum. Hic vxorem duxit: ex qua Aboalym ⁊ alteruʒ suscepit filiuʒ. Verum vbi per etateʒ infantulus Aboaly pedibus se suis cepit sustinere: Mageri quod oppidum superius ostenderam pater repetijt: atqʒ hic puerum tradidit disciplinis. Tanta autem erat illius ingenij prestantia: ea pollebat acrimonia: vt decimo ferme etatis anno Alchoranum: qui liber Mahumeti leges continet: memoria teneret. Quocirca primo legibus ibutus mox se ad alias trāstulit scientias: in quibus tātam sibi puer adhuc breui temporis spatio eruditionē comparauit: vt doctor crearetur decimumoctauum etatis annum non egressus. Quo factum est vt ingens discipuloruʒ multitudo illius domum quotidie frequentaret. E quibus multos qui metaphysicaʒ audire cupiebant: vidi confluentes. Alij canonum libros atqʒ canticam discebant: alij alias quoqʒ scientias ab eo tanꝙ a fonte doctrinaruʒ haurientibus. A lectionibus mox fessi ⁊ fatigati aduentationes ⁊ commessationes: ad vina quoqʒ nos recipiebamus: musicis interdum ⁊ cantoribus adhibitis: quibus fulcturis animus recreatus ad studia promptior ⁊ ad labores parātior redderet. Multa ibi fiebant narratu difficillima que longum esset sigillatim dinumerare. Dum his studijs vitam transigeret colico dolore correptus est: nos ilico clysteres multos iniecimus: subsecuta est mox visceruʒ excoriatio: huic magis fuimus intenti: ea sedata epilepsia inuasit. Causa dolor fuerat colicus: euestigio metridatum exhibuimus deuorandum. Cui cum nonnulli ex condiscipulis opij multum imprudenter miscuissent: praua quedam ex eo in membris remansit affectio. Tunc rogare cepit vt se alio in Asbaen quod oppiduʒ vicinuʒ erat: leniter transferrent. Eo deductus ipsum se statuit medicari: rursusqꝫ in morbum recidit. Valitudine anxius iussit se ad regem Amaden deferri. Vix ad regem appropinquauerat in via dum vehitur colica opprimitur. Ille vbi flaccidam defectamqʒ virtutem agnouit: neqʒ eam vehemētie doloris posse diutius resistere: curationem dimisit: medicabula deposuit: iubet famulis vt remedijs parcerent ex quo valitudo medicinis contemnebat. Cum illius iussis obtemperatur ad dies pauculos extinguitur: atqʒ regis cura apud se humatur honorifice. Anno. 428. a natali Mahumet cum natus fuisset. 370. Vixit annos. 58. habitauit circa Damascum.

¶ Gentilis Fulginatis in Primũ librũ Auicẽ. Expositiones.

¶ Liber canonis Primus quem princeps Aboali abinsceni de medicina edidit: Trãslatus a magistro Gerardo Cremonensi in Toleto ab arabico in latinum. Verba Aboali abinsceni.

Al primis deo gratias agamus sicut sui ordinis celsitudo ⁊ beneficijs ipsi⁹ multitudo meretur: cuius misericordie super omnes eius prophetas existunt.

Dei q nos creauit hymnũ verũ cõpono.) Gal. in lib° de vtilitate ꝑtiũ tertio. 10° cap°. ¶ Ego opinor iter ceteros q fuerunt ab initio mũdi facere qͦddã opus mirabile.) Tesilus medicus ad Germanũ claudiũ ꝑmo cap°. ¶ Quãtis sit laudib⁹ ꝓferẽda quãtis extollẽda ꝓconijs ⁊ mirãdis ĩsignijs ꝓponẽda scĩa medicĩe multis retro a me cõpositis generalib⁹ sermonib⁹ declarat̃ ⁊ mõstrat̃. Et est delectatio ineffabili multitudine: aĩas illabentes eius vtilitates: inexplicabili mõ recreãs: in sentẽtijs vlterius adimplẽs. De ea possumus dicere vbũ Alexãdri in cõmẽ. sui libri ꝓhemiali ca. (Bonũ aliqͦd diuitiaꝝ al' diuinoꝝ adinuẽta est ars medicine.) Est enĩ medicinalis scĩa bonũ diuinũ: q2 cũ amenitate dulciflua succulẽter. Est ẽt bonũ diuinũ: q2 cũ copiositate fructiflua opulẽter: vt in nostris sermonibus est ꝓlixe declaratũ: quare ꝯcludẽ possumus verbũ Halyab. ꝑ theorice dispõnis. ꝑ ca. Medicina iter excellẽtiores est artes. i. scĩas. ¶ Ad hãc ergo sciam totis affectib⁹ aspirãtes: totis laborib⁹ vel conatib⁹ anhelãtes: eã idefessis amplexibus amplexãtes: primitus diuini luminis gr̃am ĩuocem⁹: ad qͦd nos ĩuitat primo eius potẽtia ĩfinita: qua oĩa exĩtia ex nihilo ꝓcreant̃: qͦd in ꝑma ꝓpõne ĩnuit Gal'. cũ dicit (Dei qui nos creauit.) Secũdo mea iubilatio diuinis aurib⁹ misericorditer audita: qua humiliter exorãtem sua gratia illustrauit: qͦd tangit cũ dicit. (Hymnũ veꝝ cõpono.) Infinitã diuinã potentiã ꝓducentẽ affirmat Rabi moyses in libro aforismoꝝ ꝑticula 25ª. 44° afor^{mo} cũ dicit. (Mũdus est nouus ⁊ origo mũdi est per deũ.) Idẽ vult Plato. 2. Thimei. ꝑ ca. ⁊ Auicẽ. in multis locis sue metaphĩce. Et Jo. mesue in suo de approp̃riatis cuz dicit. (Syrũ celi fecit deus.) Et Halyab. ꝑ theorice sue. ꝑ cap̃. ꝭm trãslationem arabicam. Et Rasis ꝑmo tractatu Almãsoris caplͦo ꝑ. Et sumitur a Seneca libro 22. epistola. 120. ad Lucillũ. Jubilationes ⁊ orõnes infinitas fore ad dei laudẽ dirigẽdas.) Innuit Gal'. in auctoritate premissa: ⁊ ꝑ libro de virtutib⁹ naturalibus. 13. cap̃. cuz dicit. (Hippocrates sũmus medicoꝝ physicoꝝ primus: cognoscẽs certissime operationes nature admirat̃: ⁊ hymnis eam extollit.) Si ergo nãm aĩalia gubernantẽ Hippocrates hymnis extollit: multomagis nãz oĩa ꝓducẽtem. Idẽ ponit 7° de vtilitate partiũ. 15. cap̃. vbi dicit. (Ego nec laudare ꝭm dignitatẽ eius qui creauit aĩalia sapientiaz ⁊ potẽtiam sufficiens eẽ puto maiora in non laudib⁹ solis: s3 hymnis huius opere sunt.) Q2 autẽ deus hymnis nostris iubilationib⁹ et deuotis orõnibus ⁊ opationibus ad nos misericorditer moueat̃ Auic. ponit. 10. metaphysice. ꝑ cap̃. duz dicit. (Prosunt hominib⁹ orationes ⁊ sacrificia ⁊ letanie.) Nullus autem est consonantior hymnus: nulla letanior letania: nulla ĩclinatior oratio: ⁊ nullũ holocaustius sacrificiũ inueniat̃ ꝙ̃ qͦd vitiorũ sordib⁹ expiatis animam nostram dei ⁊ ꝓximi dilectione fecũda: cum ad diuinaz suscipiendã gratiam preparemus. Repleat igit̃ spiritus sanct⁹ misericorditer nos gratia sua: qua in hac vita sanitatis mẽtis ⁊ corporis ac perfectione medicinalis sciẽtie perficiamur: ⁊ in fine cũ omnibus sanctis eternã gloriaz mereamur. Amen.

¶ Eo opinor ⁊c.) Hec ꝓpõ est assumpta in laudẽ ꝑmi cañ. Auic. ⁊ dicamus ꝙ Auicẽ. videt̃ grandis ingenij oĩum mundanaꝝ scientiaꝝ habitu luminosus: ex regia stirpe nobilitate originis generosus: virtutũ moralium omnibus operationib⁹ gratiosus: ac suoꝝ claritatis spirituũ gaudiosus: vt sua chronica manifestat: librũ completũ in medicinis cõposuit: qui liber cañ. noĩatur: cuius ꝑfectio in fine ꝓhemij apparebit. ¶ In laude tñ primi cañ. quẽ presentialr̃ exponẽdũ assumpsimus: post laudẽ Auicẽ. auctoritatem secũdo loco ꝓpositã sic ꝓfero. (Ego Aui. opinor ⁊c.) In qua ꝓpositione primo librum primum cõmendat quasi preteritorũ defectus in simili compositione operis innuendo cuz dicit. (Inter ceteros qui fuerunt:) quia vltra ceteros. Secundo commendat illum effectum de hoc opere mirabilem asserendo cum dicit. (Facere opus mirabile.) Defectus aũt alioꝝ ostendit̃: q2 nullus ante Aui. vnũ librũ principioꝝ medicĩe sic ꝑfectũ cõposuit: sicut est liber primus cañ. Auic. vt appet ꝑ auctores ꝓteritos discurrẽti sicut discurrit Halyab. ꝑ theorice dispõnis regalis. Gal'. enĩ de q̊ magis creditur librũ vnũ nõ fecit sic cõplete medicĩe ꝓncipia singula cõprehẽdentẽ: sed ꝑfectã ꝓncipioꝝ scĩaz per multa sparsit volumina: ita vt idem frequẽter cogat̃ replicare. Mirabile ãt tãtũ opus ostẽdit: ꝑmo quãtitas cõmẽdabilis qua scholaris audita nõ terret̃. Scdͦo copiositas laudabilis que ad eius studiũ adducit̃. Tertio ordinabilitas memorialis qua ad scĩe habituz adaptat̃. Eius quãtitatẽ cõmẽdabilẽ ostẽdit quorũdã libelloꝝ introductorioꝝ in medicina obscura breuitas: vt appet de introductorijs Ras ⁊ Joãnitij. Alioꝝ etiã tediosa ꝓlixitas sicut appet in libro Gal'. ex qbus scĩa principioꝝ cõpleta accipit̃ magis ꝙ̃ ex libro Galeni q dr̃ introductorius medicoꝝ. Eius copiositatẽ laudabilẽ oñdit ꝓncipioꝝ oĩuz medicine in hac ꝑfecta traditio: qͦd in libro q thegni dr̃ nõ ponit̃: vt appet his q hoꝝ verboꝝ scĩas ĩspexerunt vel libroꝝ scĩas. Eius v̊o ordinẽ memorialẽ oñdit partiuz libri debita ordinatio: ex qua qs põt totũ ꝑ^{m} cañ. memorie cõmẽdare. Ordo aũt cã est facilis memorationis: vt Ari. in lib° de memo. ⁊ remi.

¶ De hoc ergo ꝑ cañ. dicere possumus qͦd dicit Auer. in ꝓhemio canticoꝝ. Hic liber est melior plurib⁹ alijs ĩtroductorijs in medicina: cũ est cõpilatus ordĩe valde ꝯueniẽti ad tenendũ in memoria. Ex qb⁹ apparẽt ea que in libroꝝ ꝓncipijs dici ꝯsueuerũt. Nos aũt que sũt puerilia omittemus: ⁊ alioꝝ dicta ꝓlixe ad oẽz breuitatẽ lucidã reducemus. ¶ Causa aũt mãlis vt dr̃ est corp⁹ hũanũ sanabile ⁊ egrotabile. Sanitas aũt ⁊ egritudo vt quedã forme ⁊ passiões viuẽtis ꝯsiderant̃ a Pho nãli: vt apparet in ꝓn° libri de sensu ⁊ sensato: vt aũt circa eas versat̃ modus curãdi ⁊ ꝯseruandi ꝯsiderant̃ a medico. Dyn⁹ aũt dixit ꝙ sanitas s3 ꝙ ẽx inuẽta a medico: est ẽt cã finalis artis medicine: ꝭm aũt ꝙ ẽ in ĩtellectu ⁊ cognoscibilis est subm huius artis: ⁊ hoc est silẽ ei qͦd dixit Auer. 12. meta. cõmẽto. 36. de balneo in aĩa ⁊ ẽx aĩam. Nos aũt dicem⁹ ꝙ scĩa sit forma in aĩa hñs cãm efficientẽ ⁊ finalem: nõ aũt ꝓpriemãlẽ nec formalẽ. Causa formalis vt dicũt est modus ꝓcedẽdi q est multiplr̃. s. diffinitiuus diuisiuus cõpositiuus ⁊ resolutiu⁹: narratiuus exẽplatiuus. Multa eniz sunt scibilia in medicina. Et est aggregatiua multaꝝ notitiaꝝ diuersaꝝ vt apparet: ⁊ ideo multis modis diuidi op3 vt in hac scĩa. Causa efficiẽs fuit Auic. iam dictus. Causa finalis est ꝯseruatio sanitatis ⁊ curatio egritudinis: alia sunt nota. ¶ Diuidit̃ aũt liber in ꝓhemiũ ⁊ tractatũ. Prohemiũ aũt ẽ cõe toti cañ. In hoc aũt ꝓhemio ad qnque ĩtẽdit. Prio ad agẽdũ gr̃as deo. Scdͦo ad dandũ cãm incitatiõis ad cõponendũ librũ. ibi (Et post.) Tertio ordinat illos ⁊ dat eoꝝ distõnez. ibi (Et mihi placuit.) Quarto dat libri vtilitatẽ. ibi (Nõ est autem.) Quinto ⁊ vltimo promittit alia. ibi (Q2 si mihi deus.) Dicit ꝑ ⁊c. Agamus. i. petamus vel agamus. i. referamus: siue enĩ ponatur gr̃a pro opis cõplemento: siue deferat̃ ꝓ habitu scĩe quam in aĩa Aui. habebat: dignũ est gr̃as agere ei q existit super oĩa. vñ dicit. (Ordis celsitudo.) Ei q est bñfactor ⁊ nobis misericorditer agẽs: ⁊ ideo dicit (Beneficij ⁊c. Cuius misericordie sup oẽs ꝓphetas.) Cõsiderãdũ ꝙ ordo talis ponit̃ ab Algazele vltimo meta. ca. 4. ⁊ cõsonat dictis Aui. 9. meta. ⁊. 10. ca. 1. ⁊. 2. Prio enĩ in ordĩe ẽ de⁹: deinde angeli ꝓpheta sapiens postea vulgus. ꝓphetis ergo mediantibus deus in nos influit ⁊ dixit de eis ⁊ non de angelis: quia ꝓphete sunt nobis magis noti cum sint hoĩes l3 diuini. distĩguere aũt hic ꝓphetas nõ est nostre cõuẽtionis vel cõsiderationis: s3 pertinet ad sextum de naturalibus. particula quarta. ca. 4.

¶ Et postea dicã ꝙ qdaz de meliorib⁹ amicis q̊s hĩe videor: cui in oĩb⁹ ꝓ qbus me deprecat⁹ fuerit satisfacere debeo de re quã possuz: me rogauit vt ei librũ de medicina faciã: ei⁹ regulas vniu'les ⁊ ꝑticulares taliter cõprehẽdentẽ: vt explanatio cũ breuitate ĩ eo ꝯiũgat̃: ⁊ ꝭm plĩmũ afferam quãtum est afferendũ de declaratione in verbis paucis: qͦd equidem ꝯcessi.

¶ Hic oẽs magistri dicũt ꝙ triplex ẽ amic⁹. s. ꝓp virtutẽ siue honestũ vt sapiẽs est amicus sapiẽti: ⁊ talis amic⁹ fuit Aui. hic. Ali⁹ est ꝓpter vtile: alius ꝓpter delectabile. Arnaldus ĩmẽsa ꝓlixitate hic vtens disputat: vtrũ amicus teneat̃ ꝓ amico: ⁊ nos hmõi

extranea dimittimus.(Quos hīe videor)qꝛ quilibet scit quãtuz diligit:sed non quantũ diligit.8.ethicorum.ca.6.

¶ Et mihi placuit vt in primis loquerer de reb⁹ cõib⁹ ꝛ vlib⁹ vtriusq̃ ptis medicie: theorice.vz.ꝛ practice. Postea ṽo loquar vlr̃ de iudicijs virtutũ medicinaꝝ simpliciũ:ꝛ post hec particulariter de eis.

¶ Hz partes qnque sicut qnque sunt libri cañ.quos ordinat:ꝛ eorum intẽtionẽ dat.In primo ergo libro loquit de reb⁹ vlibus ꝛc̃. Et ideo hic liber p̃cedit.dixit(cõibus)quãtũ ad ea que sũt cõia vlr̃ cõia participatione:sicut mẽbra cõsimilia de qb⁹ per anathomiã dat sciaz.ꝛ dixit(vniulr̃ibus)predicatiõe sicut complexio ꝛ multa alia de quibus diximus infra.Postea ṽo dat intẽtionẽ scd̃i cañ. ꝛ pz:ꝛ qꝛ ibi tradit notitia instrumentorum: ideo precedit alios libros in quibus ponuntur modi curationis particulares.

Dub^m p^m ¶ Dubitant qdã quare scia vlis simpliciuz medicinaꝝ nõ ponit in p̃mo cañ.Dõm q̄ sibi placuit.si eñi posuisset nõ peccasset. Est.n. scia multũ ꝓfunda in ꝓhemio primi phicoꝝ.ꝛ in libro de sensu ꝛ sensato in p̃ma sui parte.Uel est dõm q̄ scia simpliciũ medicinarũ põt eẽ triplex.Cõissima ꝛ ista tradet in p̃ lib°.Alia ẽ cõis:ꝛ ista tradet in p̃mis cañ.scd̃i libri.Alia ẽ spãlis ꝛ tradit in scd̃o cañ.

¶ Deinde loquar de egritudib⁹ que in vnoquoq̃z contingũt mẽbro.Prius tñ incipiã ab anathomia illi⁹ mẽbri ꝛ eius iuuamẽto.De anathomia eñi simpliciũ mẽbroꝝ:ꝛ silr̃ iuuamẽtis in libro p̃mo vniulr̃i iã tũc locutus ero.Cũ ãt mẽbri anathomiã ꝯsumauero in q̃buplu⁹ rib⁹ locis demõstrare icipiã q̃ñ eius ꝯseruet sanitas. Deide sermone absoluto ostẽdã eius egritudies vlr̃es ꝛ causas ꝛ semitas cognoscendi eas:ꝛ vias eas medicandi in sermone vniulr̃i.Postq̃ aũt has res vlr̃es explevero:ad egritudies redibo ꝑticulares:ꝛ in q̃buplu⁹ ribus eaꝝ ẽt demonstrabo in primis iudiciũ vlr̃e in sui diffõne ꝛ ipsius causis et sigñationib⁹.Deide ad iudicia reuertar ꝑticularia.Post ostẽdam regulã vlr̃em in medicãdo.Deide descẽdã ad medicandũ ꝑticulariter cũ vnaquaq̃z medicia simplici aut cõposita. Ad illud aũt qd̃ prius dicã de iuuamẽtis medicinaꝝ simpliciuz in egritudinibus in libro medicinaꝝ simpliciũ in tabulis pictis:quas bonũ est fieri:sicut in discipline modo aspicies cum ad ipm ꝑuenies:nõ reuertar ad dicẽduz nisi modicã rẽ.De medicinaꝝ quoq̃z cõpositaꝝ q̃ mihi videbunt in antidotario melius ponẽde iuuamentis:ꝛ q̃ñ misceant vsq̃z ibi loqui dimittam.

¶ Hic dat intẽtionẽ ꝛ modũ ꝓcedẽdi tertij libri.ꝛ p̃mo facit hoc. secũdo remouet cauillationẽ.ibi scd̃a.(Ad illd̃.)Cõsiderãdũ autẽ q̄ totũ ordinẽ quẽ dat in valde paucis fen tertij cañ.obseruat:sz ex toto tertio talis ordo colligit.In prima aũt fen ꝛ tertia satꝫ cõpletuz cõplet hũc ordinem.Ad illud qd̃ dixerat q̄ in lib° 3° docet mederi cũ medicina simplici:ꝛ iã de simplicib⁹ medicinis locutus erat in 2° cañ.in tabulis pictis ꝛc̃.Ideo vt nõ credas q̄ dicta oia scd̃i cañ.repetat in tertio.dicit q̄ nõ reuertet in tertio ad dd̃z de eo qd̃ dixerat in scd̃o nisi rem modicã.opz ergo volẽtẽ curare cũ scia ꝛ medicina cõposita tertio cañ.sciat sciaz scd̃i cañ.Quia dixerat ẽt q̄ in tertio cañ.docet curare cũ medicia cõposita:ꝛ scia medicinaꝝ cõpositarum pertinet ad quintũ librum vbi de iuuamẽtis medicinaꝝ cõpositaꝝ ꝛ modis cõponẽdi sz q̄ sibi vr̃ dicet. vult ergo aliqua scribere in quinto ꝛ aliqua in tertio.

¶ Placet autẽ mihi vt postq̃ hunc librum cõsumauero:alium librũ componaz de rebus particularibus in quo sit ꝓprietas noiandi egritudines:que cũ accidunt nõ fiunt vni eidem mẽbro ꝓprie:in quo etiaz de pulchritudine loquemur:ꝛ vt in hoc libro eo calle ꝓcedã quo in libro particulari qui est ante ipsum processi.

Dub^m 2^m ¶ Hic multi inutiliter ꝓlõgant dicentes:videt q̄ scia quarti libri p̃cedat sciam tertij libri:qꝛ liber quart⁹ est de cõib⁹ egritudinib⁹ ꝛ nõ appropriatis vni mẽbro:sed scia de egritudinib⁹ cõib⁹ precedit sciaz de egritudinib⁹ ꝓprijs.¶ Amplius dubitãt q̃ñ in quarto determinat de egritudinib⁹ cõibus:cum ẽt ibi determinet de ruptura syphac fen quarta.Itẽ de vulnere neruoꝝ ꝛ de dispõnibus ossiũ fen quarta ꝛ qnta.¶ Ad p̃mũ dicũt q̄ egritudo dr̃ cõis cõitate p̃dicationis:ꝛ notitia talis precedit ꝛ ponit in libro p̃.Alio mõ dr̃ cõis cõitate subiecti:qꝛ accidit toti eius corpori:ꝛ sic egritudines de qbus determinat in quarto sunt cões:qꝛ non appropriãt vni mẽbro:sed toti corpori vel multis partib⁹ corpis:ꝛ tũc egritudo vnius ꝑtis p̃cedit in notitia egritudinẽ totius:naz sicut subm se hz ad subm sic dispõ ad dispõnẽ:sed sicut mẽbra simplicia p̃cedũt organica ꝛ organica p̃cedũt totũ:sic egritudies organicoꝝ p̃cedũt egritudinẽ totius.¶ Ad 2^m dicũt q̄ in 4° libro determinat de egritudinib⁹ cõib⁹ multis modis sic̃ dictis aggregatione.s.cõib⁹ pluriũ morboꝝ sicut apa.Alio mõ cõib⁹ qꝛ toti accidit sicut febris.Tertio mõ cõibus:qꝛ põt vnicuiq̃ mẽbro accidere sicut solr̃o ꝯtinuitatis ꝛ apa.Et cuz dr̃ de ruptura syphac dicũt q̄ ruptura est morb⁹ cõis lz nõ sit cõis vt ruptura syphac.hec dicta si bñ deducant faciunt nos itelligere q̄ ruptura venarũ de qua determinat in quarta fen quarti cum sit sermo de fluxu sanguinis ꝛ vulneꝝ neruoꝝ de qb⁹ ibi fit sermo ꝛ dispões ossiũ:etiã poni deberẽt in libro aliquo ante tertiũ librum:qꝛ sicut cõsimilia precedũt organica:ita passio consilium passionẽ organicoꝝ. Amplius.4.lib.fen.4.ponit cura solr̃onis continuitatis syphac vt syphac.¶ Aliter q̃nq̃ nos diximus s̃m causas iã dictas ꝓpiquas ꝛ in parte remotas:ꝛ sunt q̄ egritudines corporis p̃dicatõe cões sunt de qb⁹ in libro p̃ loqtur:ꝛ ille de qbus loquit in 3° ꝛ 4° sunt particulares respectu p̃cedẽtiũ:qꝛ sunt determinate egritudies vel ad subm organicũ sicut in tertio:vel determinate ad spẽs sic̃ febres ꝛ apata:vel determinate ad quedã mẽbra ꝯsilr̃ia vt carnẽ neruũ ꝛ ossa ꝛ silr̃ia.Istis itaq̃ modis p̃dictis dicunt cões:pñt tñ alijs modis dici cões vt febris dr̃ passio cõis:qꝛ totius passio apostematis de qbus loquit in quarto dicit cõis:qꝛ cõiter tã itrisece q̃ extrinsece parti põt accidere:lz alibi loquat de apatib⁹ ẽt itrisecis.vulnera puncture ꝛ fracture dicuntur cões:qꝛ accidũt mẽbris quasi cõibus.i.per corpus sparsis.Accidit autez loqui de ruptura syphac:dispões aũt venenose cões sunt cum totũ corpus inficiãt.¶ Nunc aũt maturius dicamus q̄ ordo quẽ Auic.tenet est ad placitũ.vnde dixit.(Placet aũt mihi.)Si sciẽtiam quarti libri voluisset anteponere scientie libri tertij potuisset:sicut fecit Halyab.s.eñi liber theo.qui est de febrib⁹ ꝛ apatibus in vijs p̃cedit nonũ librũ qui est de egritudinibus que vnicuiq̃ mẽbro accidunt a capite vsq̃ ad pedes.Dicamus ergo q̄ postq̃ Aui.placuit premittere sciam tertij cano.placuit ẽt sibi aggregare in vno libro sciam egritudinũ que nõ sunt vni ꝛ eidẽ mẽbro.s.organico ꝓprie sicut sunt ille de qbus loqtur in tertio libro saltim plurime illaꝝ:ꝛ est hoc loqui de decoratione:nõ ergo querantur ita limitati ordines in sciẽtiarum partibus sicut in vniulr̃ibus.(Eo calle) non q̄ ponat anathomiaz:nec per cõsequens cõseruationem sanitatis:sed incipit primo generalr̃ loqui de egritudinibus ꝛ causis ꝛ signis cognoscẽdis ꝛ curis ꝛ postea in speciali ꝛc̃.sicut appz fen p̃ma de febribus ꝛ alijs ꝓportionalr̃ fen vsq̃ ad.7.

¶ Qꝛ si mihi deus auxiliatus fuerit:ꝛ hũc cõsumauero libruz : addaz postea in vno libro antidotariuz.

¶ Cõsiderãdũ q̄ liber Antidotarij potuisset locari post 2^m libruz: sicut in hoc mõ ꝓcessit Auer.5.collz.ꝛ Mesue:sed ꝯsuetudo ẽ pluriũ nroꝝ auctoꝝ ponere vltimo antidotariũ:qꝛ necessitas cõpõnis medicinaꝝ p̃supponit multã notitiã egritudinuz:ꝛ iõ scia cõpositaꝝ mediciaꝝ est post notitiã passionũ:vt Galr̃.est visuz 3° de ingenio.5.ca.hec autẽ ꝓlixius scripsimus super quinto cañ.

¶ Nõ est aũt bonũ vt huius libri plr̃m nõ sit apd̃ vnũquẽq̃z:ꝛ in eius memoria qui huius doctrine noie vocari ꝛ per eã lucrari desiderat:minus nãq̃z q̃ medico necessariũ est:cõprehẽdit.Qd̃ ṽo super ipm additum est:incõprehensibile est.Et si deus meum prolongauerit terminũ:ꝛ secũda successerit fortuna:me ad alia preparabo.Explicitum est prohemium.

¶ Plurimũ)qꝛ ma.par.sunt eñi in toto Aui.aliq̃.v̄.g.multe descriptiones mediciaꝝ que si nõ eẽnt eẽt dãnosum in scia.Qꝛ iste liber cõprehẽdit minimũ qd̃ est neccĩuz medico.i.cõprehẽdit oia q̃ medico sunt necessaria:nec plura:nec pauciora:qꝛ si plura eẽt superfluũ:si pauciora nõ cõprehẽderet neccia.Sũt aũt posita q̃dam curiositate:minimũ.i.minimã rẽ scibilez:qꝛ toti vltimant ꝯclr̃ones.Certũ aũt est q̄ maximũ:qꝛ sciaz principioꝝ.arguit g̃ Auicẽ. sic.liber ille dz eẽ apd̃ quẽq̃ ꝛc̃.qui cõprehẽdit medicinã a maximo.i.p̃n° vsq̃ ad vltimas cõclusiões.sz liber tot⁹ cañ.est hmõi:ex

quo

quo seqtur ꝙ illō qō supadditū est incōprehēsibile est. Dicunt qdā qō supaddit nihil est: ⁊ nihil est icōprehēsibile. Dicit Bartholomeus ꝙ additū est opōnes circa singularia siue ꝑticularia que sūt ifinita: ⁊ de ifinitis nō est scia. Nos dicemus ꝙ illō additū ē habitus estimatiue acqsitus ꝑ exercitiū q non est docibilis: ⁊ iō bene dixit Plusq̄cōmētator in thegni tractatu p̄io sup illo v̄bo (Medicina est scia.) Q̄ ars que est habitus ex operationib⁹ artis factus nō est ꝓprie docibilis: s; assuescibilis qō sic patet.

ℭ Dubitant vtrū oīum fere scibiliū in hac arte vel scia possit h̄ri certa cognitio. Uꝛ ꝙ nō: q̄ quedā sunt scita estimatiōe siue arbitrio siue ꝯiectura. ḡ nō certa scia. ꝯñia est no. q̄ notitia estimatiua siue cōiecturalis ꝯdistinguit certe cognitioni: vt itelligitur a Gal. in itroducto. medicoꝝ cap. 7. ⁊ ab Haly in thegni tractatu scdō sup isto v̄bo. Stomachū qdē. Añs est Gal. in cōmēto. 12. illius afoꝛ. Paroxismos. ⁊ p̄ de interioꝛib⁹ cap. 4. ⁊ p̄ de crisi. cap. 7. ⁊ Aui. p̄ cañ. fen. 4. penul. ca. ⁊ fen. 2. de cōplendis dispōnib⁹. ⁊ 3° cañ. 3° tra. vlti. cap. in oīb⁹ his locis ⁊ in multis alijs habet. Q̄ aliqua sunt cognita quodā arbitrio siue cōiectura vel artificiali industria circa particularia. ¶ Amplius medicū peritissimū hac arte qñq; cōtingit errare: ergo nō oīa sunt certe cognita. ꝯña est nota: q̄ peritissimus h; notitiā coꝝ que sciri pñt. si ergo oīu; eēt certa cognitio nō erraret. añs est Gal. p̄ ꝓnostic. cōmē. 6. ⁊ tertio ꝓnosti. cōmē. 43. ⁊ inuit colliget libro p̄ caplō p̄. ¶ Amplius speculatio medicinalis nō trāscendit sensum: vt Haly trac. 2. 22. et 24. cōmen. ⁊ tractatu. 3. 74. cōmento: ergo quedam in medicina nō certe cognita. cōsequentia est nota. q̄ illa que nō sunt per sensum nota nō erunt certe cognita vt spectat ad medicinā: sed sūt aliqua cognita rōne ⁊ non sensu: vt an virtutes sunt tres vel due vt dicū̄r. ¶ In oppositū q̄ medicina est scia vel ars. S; quecunq; scia vel ars est habit⁹ intellectus verus distictus cōtra opionez ⁊ suspectionē: vt. 6. ethicoꝝ. c. 4. Rñ. Dy. breuis ꝙ pluriu; q̄ sciūtur in medicina est certa cognitio quoꝛūdā: tñ est icerta vt apꝑ; in libris medicinaꝝ. Rñsio Antonij. coꝝ que sunt in medicina qdaz cōsiderant solū rōne: quedā experimēto: quedā vtroq; mō: vt Gal. 3. de creticis p̄ ca. que cōsiderant rōne tm̄ eoꝛu; est certa cognitio: q̄ habent per itellectū cū sint vl'ia que cōsiderant via experimenti tm̄: hoꝝ est certa cognitio. que acqruntur ex posteriori vt experimēto: nō tñ est coꝝ certa cognitio: sicut que rōne habētur: vt ꝙ reubarbaꝝ trahit chol'a;: hoc enī non posset rōne ꝓbari. que v̄o cōsiderant rōne ⁊ experimēto sunt egritudines. Et egritudinū cause quedā cognoscunt per sensu; certe vt egritudines mēbroꝝ exterioꝝ: quedā cognoscunt per sensum minus certe vt egritudines interioꝝ que extra per sensu; tactū possunt ꝑcipi vt epatis ⁊ splenis: quedā oīno incerte per sensu; vt que per tactū nō possunt cōpꝛehendi sicut egritudines renū: ⁊ illoꝝ est cognitio coniecturalis. L; multipl'r ꝯ Antoniu; posset argui tm̄ arguo ꝯ primū dictū. Notitia medicinaꝝ per coloꝛē odoꝛē ⁊ saporē est per rōnē. 3. cap. scdi cañ. ⁊ quarto de simplici medi. capi. 25. ⁊ Auer. 5. colliget. sed talis cognitio est icerta ⁊ fallax: īmo demonstratio locū nō h; in ea: vt coll'. 5. cap. 27. ℭ Ad rōnē quā inuit ꝙ ista est certa: q̄ per intellectū habet: q̄ cognitio est vl'ium. Dōm ꝙ nec q̄ itellect⁹ sit cognitio: nec q̄ vniu'liu; d; dici certa nisi cū habet circa modū sciēdi q est ꝑ demōstratiōes si est scibile dmōstrabile. In scdō dicto l; vellet queri ab Antonio qō ꝑ notitiam expimētalē intelligit: an notitiā que est habit⁹ itellect⁹ ex effectibus: ⁊ in hoc posset itelligi notitia vera ex posterioꝛi ꝑ demonstrationē: q̄ est notitia certa l; nō sit sicut ꝓpter qd: an notitiam que est habit⁹ potētie sensitiue memoꝛie ⁊ ista nō est scia. Sūt ḡ sermones Antonij ꝯfusi. ℭ Nos ia; diximus ꝙ notitia in medicina q̄dā est sẏbalis mēbꝛoꝝ humani coꝛꝑis: ⁊ ista ꝑ anathomia; est certa ea certitudīe quā anathomia dare pōt. Quedā est notitia instr̄oꝝ: ⁊ talis notitia est satis certa: ⁊ quo ad q̄dā ⁊ q̄rūdā: et quo ad q̄dā nō. v̄. g. dosis est icerta ⁊ estimatiua vt apꝑet in nr̄o tracta. de gradib⁹. Quedā est notitia finis vt egritudinū ⁊ sanitatū: ⁊ quarūdā certā: ⁊ quarūdā icertā. Quedā est notitia modi inducēdi finē ⁊ ista est duplex. Una in ḡnali vt oīs cura per ꝯriu; ⁊ sil'es cañ. ⁊ hec est certa. Quedā in sp̄ali. s. in singulari: ⁊ ista ē incerta vt icerta petita ad Glauconē p̄ ca. ¶ Apꝑet aūt nobis sic eē dōm in hoc ḡnali quesito ꝙ nullo mō pōt apꝑere veritas nisi ꝑquisiuerit oēs ꝑtes hui⁹ scie: tūc iā scient que vere ⁊ que nō vere scibilia sūt. ¶ Scdō est sciēdū ꝙ scita in hac scia vel sūt scita modis scialib⁹. s. demōstrationib⁹ vel rōnib⁹ sufficiētib⁹ vel diffōnibus certis ꝯcessis. v̄. g. ꝙ genera egritudinū sunt tria. vel sūt scita sola via estimatiua siue arbitratiua: ⁊ ista nō sunt vere scita: vt arguebat in p̄mo argumēto. Cōtra. cognita ab estimatiua sūt cognita ꝑ estimatiuā virtutē que cogitatiua d̄: sed cognita ꝑ hāc virtutē sunt certa cognita. hec enī virtus seruit itellectui ⁊ compꝛehēdit itētiōes indiuiduales; vt 2° de aīa cōmē. 63. Dōm ꝙ cognitio estimatiua accipit dupl'r. Uno mō per opōnez estimatiue siue cogitatiue virtutis que est cōpꝛehēsio itētionis idiuidualis: ⁊ de hac cognitiōe estimatiua nō est hic sermo: vt h̄r in intētiōe medicoꝝ qñ dicunt. hec est cognitio estimatiua siue arbitratiua. Alio mō notitia estimatiua sumit ꝓ notitia quada; que d̄r arbitratiua siue ꝯiecturalis: ⁊ talis notitia est qñ cognoscēs aliqd determinat se ad h̄ nō hñs aliquā viā sufficiētē ꝓbatiuā: sed h; suū videre. i. suū iudicare determiat se ad hoc. v̄. g. Gal. in thegni 2° tractatu de vētre textu cōmē. 15. iudicauit hoīem h̄re epar ꝑuū: q̄ h; strictas venas fedū coloꝛē: ⁊ dolet scdō; dextrū hypocūdriū assumptis plurib⁹ cibis ꝓprie grossis vētosis: sed h̄ iudiciū ē estimatiuū: vt ibidē Haly. nā nō est neciu; his exñtibus paruu; esse epar nec sufficiēter hoc ꝓbāt. Et sil'r est cōiecturale iudiciū aliō qō Gal. ibidē textu cōmēti. 19. dedit de poꝛo felleo ⁊ iudicium qō dedit. 12. terap̄. ca. 7. de doloꝛe colico ꝓueniēte a chol'a: ⁊ de eo q ꝓuenit a reliquijs scamonee. Aliud exēplū est qō frequēter contingit. aliqs febriēs apparet tibi debilis ⁊ foꝛtiter iflāmatus iudicas debilitatē ei⁹ eē tātā ꝙ idiget pulla. Sotius aūt dicit ꝙ sufficit ptisana oꝛdei ⁊ iulep: hoc iudiciū est arbitrariū: ⁊ nullus posset h̄re viam demōstratiuā vt sufficiēter ꝓbaret alteri. Et in sūma oīs notitia in hac scia in qua medicū op; dare iudiciū de determinata mēsura quātitatis intēsiue vel extēsiue est iudiciū cōiecturale vel arbitrariū vel estimatiuu; vel sil'r dictu;. Et hoc dicit Gal. 3. de ingenio sanita. 3° cap. cū dixit. ꝙ certa rei quātitas non pōt patefieri. i. sciri vere. ⁊ in libꝛo de flobothomia dū dicit. Nihil ita medicinalē artē in actionib⁹ ostēdit cōiecturatiua;: vt quātitas vniuscuiusq; auxilioꝝ. Manifestū aūt est ꝙ talia iudicia dicta estimatiua sunt act⁹ intellectus ⁊ ēt cogitatiue sub illo. Et cū hoc manifestū ꝙ in his estimationib⁹ est gradus ꝺm magis ⁊ minus: appꝛopinquās v̄o ⁊ ad hoc facit diuersitas hoīu; in bonitate cogitatiue: ⁊ diuersitas eoꝝ de quib⁹ cōiecturamur ꝺm ꝙ habet plura vel paucioꝛa: ⁊ potētioꝛa vel debilioꝛa ea: ex qb⁹ artificiose quedam deducta iudicamus arbitramur vel estimam⁹: ex quib⁹ cessant cōtraria. ¶ Id autē qō dicitur medicinalis speculatio non transcendit sensum est sermo a me declaratus sup thegni. quidam tamen dicunt ꝙ est verum dictu; in his que sensu cognosci possunt: sic autem non opoꝛtet vti ratione: vt Gal. 2° de simplici medicina. cap. 9.

ℭ Sequitur diuisio huius totius libꝛi in qnque libꝛos partiales ⁊ p̄mi libꝛi fen: doctrinas sūmas ⁊ capl'a.

ℭ Nūc aūt hunc componam Librum que; in quinque sic diuidam libꝛos.

Liber pꝛimus est de rebus vniuersalib⁹ scientie medicine.

Liber scdō est de medicinis simplicibus.

Liber tertius est de egritudinibus particularibus que fiunt in membꝛis hoīs a capite vsq; ad pedes manifestis ⁊ occultis.

Liber quartus est de egritudinib⁹ ꝑticularib⁹ que cu; accidūt nō sunt vni mēbꝛo ꝓprie ⁊ de decoratione.

Liber 5° ē de cōponēdis medicis ⁊ ipse ē antidotariū.

ℭ Libꝛi pꝛimi sunt quatuoꝛ fen.

Fen pꝛima est de diffinitiōe medicine ⁊ subiectis ei⁹: ⁊ rebus naturalibus.

ℭ Fen secunda est de diuisione egritudinum ⁊ causaꝝ ⁊ accidentium vniuersalium.

Fen tertia est de conseruatione sanitatis.

Fen quarta est de diuisione modoꝛum medicationu; ꝺm egritudines vniuersales.

ℭ Fen pꝛime sunt sex doctrine.

Doctrina p̄ma est de subiecto medicine ⁊ ei⁹ diffōne.

Doctrina secunda est de elementis.

Doctrina tertia est de complexionibus.

Doctrina quarta est de humoꝛibus.

Doctrina quinta est de membꝛis.

Doctrina sexta est de opōnib⁹ ⁊ spiritib⁹ ⁊ virtutib⁹.

ℭ Doctrine pꝛime sunt duo capitula.

Capl'm.10.est de vrina virorum ac mulierum.
Capl'm.11.est de rebus vrine animalium:⁊ q̃uo est di-uersa ab vrina hominis quibus probant medici.
Capl'm.12.est de rebus liquidis que vrine similes exi-stunt ⁊ differentia inter eas ⁊ inter vrinam.
Capl'm.13.est de significationibus egestionis.
¶ Capitula ergo fen sc̄de sunt nonagintanouem.
¶ Fen autē tertie est capl'm vnū ⁊ doctrine quinque.
Capitulum singulare est de causis sanitatis ⁊ egritudi nis ⁊ necessitate mortis.
Doctrina prima est de nutritione.
Doctrina secunda est de regimine cōi albalegbin.
Doctrina tertia est de regimine senum.
Doctrina quarta est de regimine cuiuslibet corporis cuius complexio non est bona.
Doctrina quinta est de mutationibus.
¶ Doctrine p̄me q̄ est de nutritiōe sunt q̄tuor capl'a.
Capl'm p̄mum est de regimine infantis ex quo nascit᷑ vsquequo incipit ambulare.
Capl'm.2.est de regimine ablatiōis mamille ⁊ asite.
Capl'm.3.est de egritudib⁹ que accidunt infantibus.
Capl'm.4.est de regimine infantium cum peruenerūt ad pueritiam.
¶ Doctrina secunda est de regimine qđ est cōmune al balegbin:cuius.17.sunt capitula.
Capl'm primū est summa sermonis de exercitio.
Capl'm.2.est de speciebus exercitij.
Capl'm.3.est de hora incipiendi exercitiuȝ ⁊ mensurā-di ⁊ ordinandi ipsum.
Capl'm.4.est de fricatione.
Capl'm.5.est de balneatione ⁊ noīatione balneorum.
Capl'm.6.est de ablutione cum aqua frigida.
Capl'm.7.est de regimine comestionis.
Capl'm.8.est de regimine aque ⁊ vini.
Capl'm.9.est de somno ⁊ vigilia.
Capl'm.10.ē đ eo qđ opȝ vt postremet᷑ ab hoc loco.
Capl'm.11.est de cōfortādis membris debilibus.
Capl'm.12.est de lassitudie que seq̄tur post exercitium.
Capl'm.13.est de alicibus ⁊ oscitationibus.
Capl'm.14.est de medicatione lassitudinis exercitial'.
Capl'm.15.est de alijs dispositionibus que exercitium sequuntur ⁊ alijs.
Capl'm.16.est de medicatiōe lassitudis q̄ p se accidit.
Capl'm.17.est de regimine corporum quorum cōple-xiones non sunt bone.
¶ Doctrina tertia est de regimine senuȝ:cuius sunt sex capitula.
Capl'm p̄mū est sermo vniuersalis de regimine senuȝ.
Capl'm.2.est de comestione senum.
Capl'm.3.est de potu senum.
Capl'm.4.est de apertione oppilationis senum.
Capl'm.5.est de fricatione senum.
Capl'm.6.est de exercitando senes.
¶ Doctrina quarta est de regimine quorūlibȝ corpoꝝ quoꝝ cōplexio nō est bona:cuius sunt q̄nque capl'a.
Capl'm primum est de rectificatione complexiōis:cu-ius caliditas est superflua.
Ca.2.ē đ rectificatōe cōpl'onis:cui⁹ friditas ē supflua.
Capl'm.3.est de regimine corporum que cito incurrūt egritudines.
Capl'm.4.est de incrassatione macri.
Capl'm.5.est de extenuatione crassi.
¶ Doctrina quinta est de mutationibus:cuius est vnū capitulum ⁊ vna summa.
Capl'm est de regimie tēpoꝝ cū rectificatione aeris.
¶ Sūma ē đ regimie iter agētiū:cui⁹ sunt.8.capl'a.
Caplȝ p̄m ē ad succurrēdū ei qđ ꝓnosticat egritudies.
Capl'm.2.est sermo vl'is de regimine iter agentium.
Capl'm.3.est de cautela a calore in itinerib⁹ ⁊ quomo-do regendi sunt in hora caloris.
Capl'm.4.est de regimie ei⁹ q iter agit in frigore.
Capl'm.5.ē de custodiendis extremitatibus a frigore.
Capl'm.6.est de custodiendo calore in itineribus.
Capl'm.7.est de custodiendo iter agentem ab impe-dimento aquarum diuersarum.
Capl'm.8.est de regimine iter agentis in mari.
¶ Capitula ergo fen tertie sunt quadragintaduo.
¶ Fen v̄o quarte sunt.31.capitula.
Capl'm p̄muȝ est sermo vniuersalis in medicando.
Capl'm.2.ē ad medicādū egritudines male cōpl'onis.
Capl'm.3.est de vbi ⁊ q̃uo ⁊ q̄n opȝ vt fiat euacuatio.
Capl'm.4.ē đ regulis cōib⁹ vomitui ⁊ inanitiōi:et q̃uo vomit⁹ aut medicia solutiua attrahat supfluitatem.
Capl'm.5.est de inanitione ventris ⁊ regulis eius.
Cap.6.ē đ medicie solutiue supfluitate ⁊ ei⁹ ꝯstrictiōe.
Capl'm.7.est ad succurrendū dispositioni illius in quo virtus superfluit catartici.
Capl'm.8.de eo q bibit catarticū ⁊ nō mouet᷑ ab eo.
Capl'm.9.est de dispōnibus medicinarum soluentiuȝ.
Capl'm.10.est de eo qđ ē ingrēduȝ alibi de hoc cap.
Capl'm.11.est de vomitu.
Capl'm.12.est de eo qđ opȝ facere eum qui vomit.
Capl'm.13.est de iuuamentis vomitus.
Capl'm.14.est de impedimento superflui vomitus.
Capl'm.15.est ad succurrendum dispositionib⁹ que ac-cidunt euomenti.
Capl'm.16.est de eo in quo superfluit vomitus.
Capl'm.17.est de clysteri.
Capl'm.18.est de epithimatibus vel simpasmatibus.
Capl'm.19.est de embrocie siue votulet.
Capl'm.20.est de minutione.
Capl'm.21.est de ventosis.
Capl'm.22.est de sanguisugis.
Capl'm.23.est de retentione euacuationum.
Capl'm.24.est de medicationibus oppilationum.
Capl'm.25.est de medicationibus apostematum.
Capl'm.26.est ad aperiendum apostemata.
Capl'm.27.est ad medicādū putrefactiōes membri.
Capl'm.28.est ad medicandū solutiones ꝯtinuitatis.
Capl'm.29.est ad cauterizandum.
Capl'm.30.est ad sedandum dolores.
Capl'm.31.est a q̄bus medicationib⁹ ē nobis icipiēdū.
¶ Omnia igitur capitula huius Primi Libri sunt du-centum sexagintatria.

¶ Capl'm p̄m

¶ Capitulum primum Fen prime Doctrine prime libri primi: de diffinitione medicine.



Dico ꝙ medicina est scia q̃ humani corporis dispõnes noscunt̃ ex pte qua sanat̃ vel ab ea remouet̃: vt habita sanitas cõseruet̃ ⁊ amissa recuperet̃.

Diuersimode põt diuidi liber deiceps: ȝ leuiꝰ sic posito ꝓhemio hic exeq̃t̃: ⁊ hȝ ptes q̃nq̃ sic̃ q̃nq̃ sũt libri. Primꝰ liber hȝ duas ptes. In p̊ p̃mittit duo q̃ sũt neccia ad sciaȝ p̃ncipiorũ vl'iuȝ theorice ⁊ practice. Scd̃o exeq̃t̃. ibi zᵃ (Elinta.) Illa duo sũt diffõ scie medicie vt sciamꝰ qd ē scia: scd̃ȝ est q̃ sunt subta de qbꝰ ꝯsiderat. ibi zᵃ (Qm̃.) Pria in duas. p̊ ponit diffõnē. z° mouet istãtias circa illã. zᵃ ibi (Põt aũt.) ¶ Dicit Guilelmus de Brixia medicia sumit̃ ꝓ hitu itell'us nõ pro instr̃o de quo dicimꝰ iste sumit medicinã. ¶ Considerãdũ scd̃o medicia diffinit̃ q̊ ad qd nois. Unde dicit Isidorus medicia. i. modicina: q² modũ dat ꝯseruãdi ⁊ curãdi. ista tñ diffinitio Aui. est quo ad qd rei. ¶ Cõsiderãdũ tertio ꝙ multe dant̃ diffõnes de ea q̃s scribit Alexãder in cõmento sectaruȝ p̊ cap̃. Et alie p̃ter eas dant̃: al's vide Al'. Auer. ⁊ Isaac ⁊ Haly. ⁊ cũ itellecte fuerit diuersificat̃ i voce ⁊ ñ i itell'u siue i re.

Dubᵐ p̊ᵐ ¶ Dubitat̃ q² videt̃ ꝙ diffinitio hec sit mala. p̊ per Gal'. in libro introductoriȷ cap̃. 8. vbi reprobat diffõnē medicine quã imemores medici dederũt que est hec. Medicina est sanitatis ꝯseruatiua ⁊ egritudinis liberatiua: sed hec diffinitio real'r eadē est cũ diffõne Aui. Reprobat aũt: dicēs p̊: q² medicia nõ opat̃ ista: sed ꝓueniũt ista ex eis cũ qbꝰ operat̃. Scd̃o q² ista nõ semꝑ fiunt ab ipsa medicina. Scd̃o dãnat̃ hec diffinitio ab Auer. colliget. 6. p̊ cap̃. q² in hac diffõne ponit̃ genus remotũ. s. scia est cõe ad speculatiuas et practicas: ⁊ iõ laudat diffõnē medicie positã in Argusa que dicit ꝙ medicina est ars operatiua inuēta exꝑimento ⁊ rõne. ¶ Dõm ꝙ diffinitio est bona: q² ponit genus ⁊ differētias sicut ꝯuenit in diffinitione que dari põt accidentibꝰ in abstracto: vt 7° meta. tex. cõmenti. 14. etiã q² per hãc diffinitionē medicina differt ab aliȷs habitibꝰ itell'us tã speculatiui q̃ȝ practici. lege hec ab auctoribus scriptis ⁊ meliꝰ a Trusiano in thegni cõmē. 7. sup illo v̊bo Medicina est scia. ¶ Ad Gal'. dõm ꝙ ꝑpter supfluã dilectionē Hippocratis ꝓrumpit ⁊ vult laudare istã diffinitionē Hippocratis: medicina est additio ⁊ ablatio. Et ꝑpter eiꝰ laudē ⁊ ad saluãdum ipm̃ Gal'. q̃nq̃ se p̃cipitari ꝑmittit. ¶ Ad p̊mã eiꝰ rõnē illa ꝯ eũ cõuincit: sicut ꝯtra illos medicos q dñt: medicina eñi neq̃ est additio neq̃ est ablatio: sed ista docet fieri. ¶ Ad scd̃aȝ dõȝ neq̃ semꝑ aufert vel addit: sicut in apoplexia maiori inquãtũ nihil agit̃. Debemus aũt credere ꝙ in lingua greca diffinitio Hip. erat sub talibꝰ vocibꝰ ꝙ saluabat̃ apud Gal'. ȝ diffinitio iunioꝝ nõ: al'r Gal'. fuisset valde rudis in illoꝝ redargutiõe q̃d nefas est. ¶ Ad Auer. dõm ꝙ oĩno redarguit hãc diffinitionē: sed plus laudat suaȝ quã cõpleuit in Argusa. ¶ Ad rõnē cũ dr̃: ꝙ ponit̃ genus remotũ. Dõȝ ꝙ scia nõ sumit̃ ꝓprie sed iꝓprie: vt solũ debet̃ hoc nomē scietiȷs practicis: ⁊ talis scia põt dici ars: ⁊ tñ hoc nomē ars ad h̊ est remotũ genus: cũ ars q̃dã sit p̃cipiens vt gubernatiua nauis: quedam faciens vt faciens nauim: sicut Auer. ibidē ponit medicina est faciens sanitatē. ¶ Adhuc aũt scia que ꝓprie accepta propinquius genus est q̃ȝ si accipiat̃ cõiter: ⁊ sic põt saluari diffinitio.

Dubᵐ zᵐ ¶ Dubitat̃ scd̃o vtꝝ medicia sit scia vel ars. Et videt̃ ꝙ nõ sit scia 5° meta. cõmen. 20. scia nõ est genus medicine. Uidet̃ ꝙ sit ars ex p̊mo aforismoꝝ afoꝝ. p̊. ⁊ i libro de lege. ⁊ Auer. p̊ de aĩa cõmē. 17. ⁊ colliget 7° cap̃l'o de cura ap̃atũ frigidoꝝ: dicit medicinã esse inter necessarias artes. ¶ Ampliꝰ scia que ꝯsiderat res ꝑpter opꝰ nõ est dignũ vt dicat̃ scia: vt itelligit̃ z° meta. cõmē. 3. sed talis est medicina. ¶ Oppositũ vult Auic. hic ⁊ fen. 3. ca. p̊. Dicit Bartholomeus ꝙ medicina ꝯsiderat̃ q̃tũ ad sua p̃ricipia ⁊ sic est scia: vl' q̃tũ ad finē eius qui est modus operãdi ⁊ sic est ars. ¶ Cõciliator d̃ñtia tertia dicit ꝙ medicina q̃tũ ad theoricã est scia: q̃tum ad practicã est ars. ¶ Dynus v̊o ⁊ Trusianus dicũt ꝙ medicina põt accipi pro hitu itell's speculatiui quo ꝯsideramꝰ q̃dã ꝯclusiones que sunt necessarie ⁊ eterne. v̊. g. ꝙ cõplexiones sunt q̃tuor: g̃ña morboꝝ sunt tria: ⁊ vt sic medicia ē vera scia. ¶ Alio mõ ꝓ hitu q̊dã in itellectu practico resultãte ex his ꝓpõnibꝰ: quo hito dirigit̃ quis in opꝰ: ⁊ sic est ars: tñ medicinalis cognitio dr̃ verius ars illa que est habitꝰ factꝰ i itellectu: vel cogitatiua ex frequēti actu sicut ex frequētibꝰ actibꝰ alie fiunt. s. artes: qui hitus surgētibꝰ ex actibus nõ sunt docibiles: sed assuescibiles. Hec dicta sic posita pñt saluari vt vera. ¶ Nos iam diximus ꝙ qñ querit̃ vtrũ medicina ⁊c̃. põt rñderi sicut Gal'. dicit i thegni: ꝙ nomē scie si accipit̃ ꝓprie: tũc medicia nõ est scia: q² scia ꝓ prie accepta est pure speculatiua ⁊ nõ ꝑꝑ opꝰ: vt z° meta. 3. cõmēto. Si aũt nomē scie accipiat̃ cõiter. i. iꝓprie pro notitia termini in opꝰ directa vt sic medicina dici põt scia ⁊ alie artes dñr scie. ¶ Differt aũt ars medicine ab aliȷs artibꝰ: q² alie artes multe vt sartoria ⁊ cerdonia: ⁊ ꝯsimiles acq̃runt̃ exercitio ⁊ nõ vtimur in illis viȷs demr̃atiuis: sed medicina acq̃rit̃ in multa sui pte viȷs scialibus vt notũ ē. Si aũt esset alia ars vt. v̊. g. agricultura que iuestigaret nãm sui subiecti vt esse plantarũ: sicut homo inuestigat corpus humanum: ⁊ inuestigaret dispõnes illarũ: tunc medicina non excederet illam in modo sciendi. Contraria cessant. ¶ Dubitatur tertio vtrũ medicina sit vna scia. Ista q̃d soluit̃ an sit theorica vel practica.

¶ Põt aũt aliquis dicere ꝙ medicina diuidit̃ in theoricam ⁊ practicã: sed tu totam ipsam posuisti theoricã cum dixisti ꝙ est scientia.

¶ Primo facit istãtiã ꝯ genus. Scd̃o ꝯtra differentias. ibi (Neq̃ põt.) Prima in tres. p̊o facit istãtiã. scd̃o soluit. tertio ifert q̃dam. ibi scd̃a (Nos.) ibi tertia (Cũq̃.) Primo arguit sic ꝯ genus in diffinitione positũ. Si medicina eēt scia: tũc ipsa nõ diuideret̃ in theoricã ⁊ practicã: imo tota eēt theorica. destruit aũt Aui. p̊mo hoc cõseq̃uēs cõseq̃uētiã tenet esse notã: ex hoc ꝙ hoc nomē scia significaret tm̃ scientiam speculatiuam. s. theoricam.

¶ Nos aũt respõdebimus tũc ⁊ dicemus ꝙ artiũ q̃dã est que est theorica ⁊ practica: ⁊ de phĩa ꝙ est theorica ⁊ practica: ⁊ de medicina dr̃ ꝙ est theorica ⁊ practica. In vnaquaq̃ȝ aũt harũ diuisionũ aliud volumꝰ dicere cũ dicimus theoricaȝ ⁊ aliud cũ dicimus practicã: nõ tamē nobis necesse est declarare diuersitatem que inter eas existit nisi in medicina.

¶ Primo premittit q̃dã ad solutionē instãtie. Scd̃o declarat illũ. scd̃a ibi (Cũ g̊.) ¶ Cõsiderãdũ p̊mo ꝙ in hoc p̃misso cõfirmat q̃d dixit in destructione ꝯseq̃uētis: ⁊ affirmat hoc ꝙ medicina diuiditur in theoricã ⁊ practicã. i. hȝ aliq̃d in se q̃d est theoricũ: ⁊ aliquid in se q̃d est practicũ. ¶ Cõsiderandũ scd̃o ꝙ siquis attendat Auicē. ꝓbat hoc sic. In artibꝰ ⁊ in scietiȷs est dare theoricũ ⁊ practicũ: g̊ ⁊ in medicina. cõseq̃uentia est no. q² medicina est vel ars vel scia. ¶ Cõsiderãdũ tertio: ꝙ sicut iã diximus alibi sic deduximus hic quãdã rõnē pro iunioribus: sicut se hȝ theoricũ ad sciam sic se hȝ practicũ ad artē: ergo cõmutata proportione: sicut se hȝ practicũ ad sciam: ita theoricũ ad artē. Sed in scia speculatiua reperiri põt aliq̃d practicũ vt in phĩa: g̊ in practicis artibus aliquid theoricũ. ⁊ iõ dictũ est practica scia speculat̃ vsq̃ ad quid secũdo metaphysice: ⁊ aliquã habēt speculationē in arte.

¶ Dubitat̃ q̊uo in artibꝰ est theoricũ. Dõm est: ꝙ iquãtum artifex operatiuus aliquas suas ꝯclusiones de obiecto probat dr̃ theoricus. v̊. g. cũ carpētarius ꝓbat q̃titatē alicuius vegetis ex mēsura diametri. s. medietatis eius: ꝙ tũc imiscet geometriã in sua arte: ⁊ cũ agriculator ꝓbat in medio hyemis nõ esse seminandũ: q² frigus corrũpet calorē seminis aliter tũc imiscet phĩam. Dubᵐ 3ᵐ

¶ Dubitatur q̊uo in phĩa est practicum. Respondit Dynus ꝙ phĩa naturalis est theorica: sed phĩa moralis est practica. dicit tamen ꝙ differt theorica ⁊ practica in medicina ⁊ in phĩa: q² in medicina theorica ordinatur ad practicã: sed in phĩa nõ: q² theoricũ non ordinat̃ ad practicũ: q² phĩa naturalis nõ ordinat̃ ad moralem: q² Phs speculatiuus ex ordine naturali debet cõsequi naturaliter vt sit virtuosus naturaliter: vt põt intelligi in cõmento physicoruȝ in ꝓhemio: ⁊ ideo fm̃ meũ videre homo nõ virtuosus nõ põt habere perfectionē speculationis vere. Aliter iam diximus ꝙ in ipsa phĩa morali est theoricũ: ⁊ hoc est totũ illud q̃d ꝓbat Phus moralis per demõstrationes suas. Et practicũ quãtuȝ ad illud q̃d docet de mõ quo virtuosi fiamus. vel vna cõclusio vt natura iter demonstrata est theorica: vt principaliter directiua in actus ꝙ simus virtuosi est practica. In naturali etiã phĩa lȝ plurima pars eius sit theorica: tamē nõ dubito ꝙ alique sint in ea demonstrate ꝯclusiones q̃ sint practice: sicut apꝑet de multis ꝯclusionibꝰ q̃rti Dubᵐ 4ᵐ

metheororum: sicut q elixatio fit a calido sicco extrinseco.

¶ Cũ ergo de medicina dixerimus q eius est theorica τ ex ea est practica: nõ est existimãdũ q velimus dicẽ q vna diuisionũ medicie est scire τ altera opari: quẽadmodũ multi hũc locũ pscrutãtes existimãt.

¶ Primo declarat que nõ intelligit in medicina proprie τ primo. Secundo que intelligit. ibi (Sed debes.)

Dubm 5m ¶ Dubitat vtrũ scia medicie diuidat in sciaz τ opõnẽ. Vr q sic per Halya. pͦ theorice 4° cap. τ Hymaiz ĩ pͦ libri qõnũ ĩ medicia. τ Auer. colli. pͦ ca. pͦ cũ dic̃ q vna ps medicie ẽ experimẽtalis. ∕ Jn ɔtrariũ ẽ Aui. Dõm q opõ põt accipi p actu opõnis: τ vt sic medicina nõ diuidit in sciaz τ opõnẽ: qr opõ est qd extrinsecũ. Alio mõ p habitu in aĩa ppinque directo in op9: τ vt sic medicia in illã diuidit. ∕ Ad Halya. τ Hymaiz dõz q cũ Halyabas diuidat medicinã ĩ sciaz τ actionẽ ĩtellexit hĩtũ ĩmediate directiuũ ĩ op9. ∕ Ad Auer. dõz q p expimẽtũ ĩtelligit ps scie q̃ sumit ab expimẽto sic scia medicine: vel intelligit que docet experimẽtari τ operari.

¶ Sed debes scire q illd qd volum9 ẽ aliud: τ q nulla duarũ diuisionũ medicie est nisi scia: sz vna earũ est ad sciendũ principia τ altera ad sciendũ operãdi q̃litatẽ. Post vo primã earũ noĩe scie aut theorice appropriauimus: τ alterã appropriauimus noĩe practice.

¶ Prĩo d̃clarat sil' qd ĩtelligit p theoricũ τ practicũ. Scdo qd per theoricũ. Tertio qd p practicũ. ibi 2° (Per theoricã.) ibi 3° (Per practicã.) ∕ Cõsiderãdũ q Aui. ĩnuit pbationẽ hui9 ɔclusionis. ps vtraq3 medicie ẽ scia τ arguit sic. ps medicie q̃ sciunt pͦn° ẽ vera scia: qr pͦn° medicie sunt vere scita p demr̃atiões veras phicas: τ p sensuz: τ h̃ ĩtelligit cũ dixit. vna ẽ ad sciẽdũ pͦn°. q. d. pͦn° in hac scia sũt scita: τ ps q̃ scit modũ opandi ẽ vera scia: qr modi opandi sũt pbati his demr̃atiõib9 euidẽtib9: g̃ tã theorica q3 practica est vera scia. Et intelligit Aui. per sciaz notitiã scitã p veros modos sciẽdi siue sit directiua in opus siue nõ. ∕ Cõsiderãdũ scdo q Aui. dixit. Post vo ad remouẽdũ qõnẽ d̃ noĩe. q. d. partẽ medicinalis notitie que docet modũ operãdi. nota qcqd vis tñ ipsa est scia. τ in hoc differt ab artib9 mechanicis vt sartoria: qr illa solũ docet modũ operãdi. ista aũt pbat τ demr̃at que in eius sufficienti demr̃atione q apatib9 in principio cõpetãt ea que repellãt τc̃.

¶ Per theoricã vo ipsius volum9 q qñ eã sciuerimus sciam tm̃ acqremus: ita q in declaratione qualitatis operatiõis nos nõ ĩmittemus: sicut dicit in medicina q genera febriũ sunt tria τ cõplexiones sunt nouẽ. — A. l. sñiam

Dubm 6m ¶ Dubitat Guilelm9 quõ Aui. ptẽ theorice medicĩe dicit eẽ ad sciẽda pͦn°: τ nõ dicit h̃ d̃ practica: cũ tñ practica hẽat sua pͦn°: vt. v. g. oĩs cura fit p ɔtrĩũ τ ɔsuatio fit a sĩl'i. ∕ Dõz q lz practica hẽat sua pͦn° oĩa: tñ que in ea sciunt sũt directiua in op9: sz scita ĩ theorica nõ sunt sic directiua: τ iõ oĩa illa vocant pͦn° sic pͦora τ remotiora a doctrina modi operãdi (Per theoricã) appet q ps theorice est vera scia: qr est vere demr̃ata. in ei9. n. sufficiẽtib9 demr̃atiõib9 pbat tria esse gñ̃a febriũ: vt appet pͦ de differẽtijs febriũ cap. pͦ τ q ɔclusiones sunt nouẽ vt demr̃at Gal'. pͦ de cõplexionibus cap. 8. τ cũ h̃ nescim9 modũ opandi. s. ɔseruãdi vel curandi: lz vt disponamur ad h̃ vt psupponat hoc sciri debẽte scire modũ operãdi.

¶ Et per practicã ipsi9 volumus nõ opationẽ in effectu: neq3 laborẽ motionũ corporearũ: sed diuisionem operationis medicie: que cũ eã sciuerimus auxiliabit nobis ad acquirendũ scias (vel sñiam) τ ipsa sentẽtia erit in qualitate operationis. Sicut dicit in medicina q apatib9 calidis adhibẽda sunt in pricipio que repellant τ infrigidẽt τ inspissent: τ postea repellentia cuz resoluẽtib9 tẽperabimus. Et post statũ postea in declinatiõe sufficiẽter mollificãtia resoluẽtia. Preter in apostematib9 que sunt de materijs q̃s mẽbra expellũt pͦncipalia. Hec igit doctrina in scia tibi auxiliabit. Et hec sciẽtia est declaratio qualitatis operationis. — A. l. sñia

¶ Cõsiderãdũ pͦ qd ĩtelligit: scdo qd nõ ĩtelligit. τ dicit: sz p practicã ĩtelligim9 dictionẽ opõnis. i. practicatiue q̃ dicit modũ operandi: vel q̃ dĩ τ denoĩat a mõ opandi al' diuisionẽ. i. ptẽ diuisionis. i. q̃ docet opari. τ si sequeret lr̃a q̃ dic̃: τ ipa scia erit ĩ q̃litate dispõnis siue opõnis text9 eẽt clarus: sz difficil'r reddit testi. lr̃a q̃ dicit. Que cũ eã sciuerim9 auxiliabit nobis ĩ acqrẽdo sciam. ∕ Dicam9 g̃ q Aui. imaginat sciaz modi opandi q̃ ẽ practica scripta ĩ libro: vel in aĩa magr̃i. v. g. apatib9 cõpetũt in pͦn° repcussiua: τ ista ẽ dictio opõnis. i. ps que dat modũ opandi postea imaginat. ista scia scripta gñat sciaz in aĩa nr̃a: τ iõ dic̃: q̃ cũ eã sciuerim9. s. a magr̃o vel libro auxiliabit nobis ad acqrẽdũ sciam. i. esset tũc scia in nobis. τ ipa scia in nobis erit in mõ opandi: sic erat in magr̃o vel in libro: τ h̃ est qd vltimo dicit. Hec igit doctrina vel in scia vel sermone. i. scia tibi auxiliabit: qr doctrĩa p vocẽ vel p librũ facit ĩ te sciaz. (Et hec scia ẽ d̃claratio τc̃.) Jmo. n. τ scia idẽ hic sigñant: vt ĩtelligitur pͦ cap. fen. 3. ex glosa Gerardi. Al'r possumus dĩe q scia practica. i. scia de mõ opandi auxiliabit in acqrẽda scia: qr ĩcitat sciaz supra se. audiẽs. n. q apatib9 ĩ pͦn° cõpetũt τc̃. statim querit qd est apa: qd repcussio τc̃. τ ipa. s. scia q̃ ad h̃ ĩcitat τc̃. Sil'r auxiliabit in acqrẽdo sciam. i. notitiã que acqrit ex habitu experimẽtali. sciẽtifici. n. hoĩes qui cũ regulis artis operant melius acquirunt habitũ experimẽtalẽ q nõ est docibilis: vt supra diximus.

¶ Cunq3 duarum diuisionum qualitatem sciueris: iaz scientiam scientialem τ scientiam operatiuaz adeptus eris: τ si nunquam operatus fueris.

Epiglotis est mẽbrũ cartilaginosum creatum vt vocis sit instrumẽtũ: qđ qdẽ ex trib⁹ cõpositũ est cartilaginib⁹. Una est cartilago quã sensus cõprehẽdit corã gula ⁊ sub mẽto que vocat peltalis ⁊ clipealis: qm̃ eius vẽter est ꝯcauus ⁊ dorsum gibbosum pelte similis ⁊ clipeo paruũ ei⁹. Et secũda est cartilago post illã posita ad partẽ colli cuꝫ ea ligata ⁊ vocat que nomẽ nõ hꝫ. Et tertia est sup illas cooperiẽs que cũ ea que nomẽ nõ hꝫ ꝯtinuatur ⁊ obuiat peltali absqꝫ ꝯtinuitate: ⁊ inter ipsaꝫ ⁊ illã que nomẽ nõ hꝫ est iũctura dupla ꝓpter duas vacuitates que sunt in ipsa in quas duo additamẽta nõ habẽtia nomẽ decẽter igrediunt cũ eis ligamẽtis cõnexa ⁊ vocat coopertorialis ⁊ cymbalaris. Et ꝓpterea ꝙ peltalis qñqꝫ adiũgit nõ habẽti nomẽ: ⁊ qñqꝫ elõgat ab ea est epiglotis amplitudo ⁊ ei⁹ coangustatio. Et ꝓpterea ꝙ cymbalaris cooperit clipealẽ ⁊ ipsaꝫ comitat: ⁊ ꝓpterea qđ ab ea separat est epiglotis apertio ⁊ clausio ipsius. Ubi aũt est epiglotis ⁊ corã ipsa est os triãgulatũ lauda vocatũ: qđ laudã grecã lrãm significat: ⁊ est ita. λ. Jn creãdo ṽo os hui⁹ existit iuuamentũ vt sit origo ⁊ principiuꝫ exquo villi musculoꝝ epiglotis oriunt. Epigloti ꝑterea musculi fuere necessariꝭ qui clipealẽ nomẽ nõ habẽti applicẽt: ⁊ musculi q cymbalarẽ applicẽt ipsis ⁊ eas cũ ea cooperiãt: ⁊ musculi qui cymbalarẽ ab aliꝭ duab⁹ elõgent vt epiglotis aperiat. Ex musculis ṽo epiglotim aperientib⁹ est par qđ ab osse laude nascit ⁊ vadit ad anteriora peltalis ⁊ ꝯtinuat ⁊ expandit sup ipsam ⁊ cũ ꝯtrahit trahit cymbalareꝫ ad anteriora ⁊ ad inferiora ⁊ dilatat epiglotis ⁊ par qđ numerat inter musculos gule ad inferiora trahẽtes: ⁊ nobis qdẽ videt vt ipm̃ numeret inter eos qui iter eas sunt cões: cui⁹ origo est interius in thorace ⁊ vadit ad peltalẽ. Ei ṽo ⁊ multoꝝ aialiũ motu aliud associat par ⁊ duo paria: quoꝝ vnũ ad cymbalarẽ ꝑuenit posterius ⁊ ꝯtinuat cũ ea. Cũqꝫ ꝯhunt ad cymbalarẽ eleuãt ⁊ eã ad posteriora trahũt ⁊ separat ab applicatiõe sui cũ peltali ⁊ dilatat epiglotꝭ. Et alterius paris musculi ad duos cymbalaris margines veniũt qui cũ ꝯhunt ipsam a peltali separãt ⁊ in latitudinẽ extẽdũt ⁊ in dilatãdo epiglotim adiuuãt. Ex musculis aũt q epiglotim coangustãt est par qđ a pte laude venit ⁊ ꝯtinuat cum peltali postea dilatat ⁊ cingit sup illã que nõ hꝫ nomẽ: donec duo extrema duoꝝ impariũ ipsi⁹ post illã que nomẽ nõ hꝫ vniant ⁊ cũ ꝯhit coãgustat. Et ex eis sũt q̃tuor musculi ⁊ fortasse existimat ꝙ sint duo musculi dupli ꝯtinuantes peltalis extremitates cũ extremitatib⁹ ei⁹ q̃ nomẽ nõ hꝫ: q cũ ꝯhuntur iferiora epiglotꝭ coãgustãt. Et sunt q existimãt ꝙ vnũ par ipsoꝝ sit occultũ ⁊ alterũ manifestũ. Ex sitib⁹ ṽo musculoꝝ q claudũt melior fuit vt in iferiorib⁹ epiglotꝭ creati fuissent: ita vt cũ ꝯhunt cymbalarẽ ad iferiora traherẽt ⁊ eã claudẽdo cooꝑire facerẽt: ⁊ ꝑꝑ h̃ par creati fuerũt qđ de radice peltalis nascit: ⁊ eleuat interius ad duo cymbalaris extrema ⁊ ad radicẽ ei⁹ q̃ nomẽ nõ hꝫ a dextra ⁊ a sinistra: ⁊ cũ ꝯtrahunt iũcturã stringũt ⁊ epiglotim tali clausura claudũt que musculos pectoris ⁊ diaphragmatꝭ refrenare valet in ꝓhibẽdo aeris attractionẽ. Qui qdẽ ꝑui creati fuerunt ne in iteriorib⁹ epiglotꝭ coãgustationẽ facerẽt: ⁊ fortes fuerũt creati vt eoꝝ fortitudine cũ impediti fuerint in claudẽdo epiglotim ⁊ ꝓhibẽdo aeris attractionẽ defectus multus corrigat qui eis ex paruitate aduenit: ⁊ ⁊ ipsoꝝ via est fm̃ rectitudinẽ ascẽdẽtiũ cũ dclinatione parua ꝓpter quã fit ꝯtinuatio ꝯueniẽs iter peltalẽ ⁊ nõ habẽtẽ nomẽ. Et est etiã cũ duo inueniunt musculi sub cymbalari positi qui hoc ꝑdictũ par iuuãt.

¶ De anathomia musculoꝝ gutturis. Cap. 12[m].

Guttur in sũma duo hꝫ paria que ipm̃ ad iferiora trahũt. vnũ eoꝝ est par qđ iam in capitulo epiglotis noiauim⁹. ⁊ alterũ est par etiã ex thorace nascens qđ eleuat ⁊ cũ lauda ꝯtinuat ꝑmo postea cũ gutture ⁊ trahit ipm̃ ad iferiora. Gutturis ṽo musculi sũt duo musculi gutturosi q sunt duo muscl'i apđ gulã positi i trãsglutiẽdo adiuuãtes.

¶ De anathomia musculoꝝ laude. Cap. 13[m].

Lauda ṽo musculos habet qui sibi sunt propriꝭ: ⁊ musculos in qbus aliud membrũ cum ipso cõmunicat. Sed qui laude sunt propriꝭ tria sunt paria. Unũ par venit a duob⁹ mãdibule marginibus ⁊ cuꝫ linea recta que super os existit cõtinuat: ⁊ ipsum est quod ipsum ad mandibulam trahit: ⁊ par quod oritur sub mento: ⁊ incedit inferius sub lingua ad linguam: ⁊ ad extremitatem superioreꝫ huius ossis: ⁊ istud etiaꝫ trahit hoc os ad partẽ mandibule. Et aliud par oritur ex additamẽtis sisaminis que sunt apud aures ⁊ ꝯtinuat cũ extremitate iferio-

re linee recte que est super hoc os. Illi vo quos hꝫ cū alijs cōmunes iā noiati sunt ⁊ noiabunt.

¶ De anathomia musculoꝝ lingue. Cap. 14m.

Musculi vo linguā mouētes sūt nouē: duo sūt latitudinales ab additamentis sisaminis veniētes ⁊ cū duobꝰ ipsiꝰ lateribꝰ ꝯtinuant. Et duo lōgitudiales a supmo ossis laude nascētes: q cū medio ligue ꝯtinuant. Et duo q eā in trāsuerso mouēt: ⁊ nascunt a latē qđ est iferius ex duobꝰ ossis laude lateribus: ⁊ penetrāt in linguā iter lōgitudinales ⁊ latitudinales. Et duo musculi linguā resupinantes ⁊ ꝯuertētes eā quoꝝ loca sub istoꝝ locis quos notabimus existūt: ⁊ ipsoꝝ villi iam expāsi fuerūt sub eis in latitudine ⁊ cū toto osse mādibule cōtinuati fuerūt. In sūma pterea musculoꝝ lingue noiauerūt qdā musculū solitariū q iter linguā ⁊ os laude ꝯtinuat: ⁊ vnuꝫ ad aliud trahit: ⁊ nec est lōge qn musculus qui linguā ad exteriora in longitudinē mouet moueat eā sic. Inest enim ei vt in extēsione in seipsa moueat quēadmodū inest ei vt in curatione in seipsa moueat.

¶ De anathomia musculoꝝ colli. Cap. 15m.

Musculi q collū mouēt sūt duo paria. vnū par a dextra: ⁊ alterū a sinistra: ꝫ qcunqꝫ eoꝝ solus ꝯhet collū ad suā partē trāsuerse trahet: ⁊ qcūqꝫ duoꝝ eoꝝ q sunt ab vna parte simul ꝯhent: iclinabit collū rectū in parte illa nō cū trāsuersione: imo cū rectitudine. Et cū oium q̄tuor simul erit operatio stabit collū absqꝫ declinatione aliqua.

¶ De anathomia musculoꝝ pectoris. Cap. 16m.

Musculoꝝ q pectus mouent qdā sunt q tm̄ dilatāt ipm ⁊ nō ꝯstringūt ex qbus sūt musculi diaphragmatis iter mēbra aerē attrahēdi ⁊ membra nutrimēti distinguētis qđ postea noiabimꝰ. Et par sub furcula positū a pte nascit que ad caput ꝓtēdit spatule qđ postea noiabimus: ⁊ est ꝯtinuū cū costa prima a dextra ⁊ sinistra: ⁊ cū ipso vnit par vnū cuiꝰ vnūqđqꝫ ipar est duplans ipm ⁊ faciēs ipm duas ptes: quaꝝ supior cū collo ꝯtinuat: ⁊ ipm mouet: ⁊ iferior eaꝝ mouet pectus ⁊ miscet cū musculo eius quē nunc noiabimus: ⁊ ipse est ille qui est ꝯtinuus cū costa qnta ⁊ sexta. Et par qđ est in loco spatule ꝯcauo ifusum ⁊ cū quo par ꝯtinuat qđ a spōdilibus ad spatulā dscēdit ⁊ fiunt sicut musculus vnus ⁊ cū costis ꝯtinuant posterioribꝰ. Et par tertiuꝫ qđ nascit a sexta spōdiliū colli ⁊ a prima ⁊ secūda spondiliū pectoris ⁊ ꝯtinuat cū costis thoracis: isti sūt musculi dilatātes. Musculoꝝ vo pectus ꝯstringentiū alij sunt q pectꝰ in latitudine ꝯstringūt ⁊ est diaphragma cū qescit. Alij sunt qui fm essentiā: ⁊ ex istis est par qđ sub radicibus costarū superioꝝ est extensum cuiꝰ operatio est stringere ⁊ aggregare. Et ex eis est par apud extremitates istius cuꝫ thorace vel adherens thoraci iter epiglotale ⁊ furculā ꝯtinuatū ⁊ ꝯtinuat cū musculis vētris q sunt recti. Et alia duo paria que ipm cooperiūt. Musculi vo q simul ꝯstringunt ⁊ dilatāt sunt musculi q sunt iter costas: verūtn̄ pscrutatione in cōsiderādo cognoscit ꝙ ꝯstringentes alij sunt a dilatantibus. Inter oēs eni duas costas sunt ex eis q̄tuor ꝓ certo musculi: lꝫ qdam existimēt ꝙ sit vnus musculus. Et hic qdē qui vnū existimāt musculū ex villis ꝯtextꝰ est transuersus: quoꝝ qdā sunt intrinseci: qdā q coope riunt. Eoꝝ q cooperiūt qdā sunt qui sunt ad partē extremitatis cartilaginose coste. Et qdā sunt qui sunt ad partē alterius extremitatis que est fortis. Qđ vo interius existit totū in situ cooperiēte est diuersum. Et illđ qđ est in extremitate coste cartilaginose diuersum est in situ ab eo qđ est super aliā extremitatē. Et qn̄ qdeꝫ hic q̄tuor habent villi numero opꝫ vt musculi sint numero q̄tuor. Et qui ex eis sunt superius positi sunt dilatantes. Et qui ex eis sunt inferius positi sunt ꝯstringentes. Per hoc itaqꝫ sit oium musculoꝝ pectoris numerus. 86. musculi. Et est etiā cum musculos pectoris duo alij iuuāt musculi qui a furcula ad spatule caput venientes ad primū eius ꝯtinuant latus: ⁊ ipm sursuꝫ eleuant ⁊ in dilatando pectus adiuuant.

¶ De anathomia musculoꝝ motꝰ adiutorij. Cap. 17m.

Ex musculis motꝰ adiutorij sūt illi qui mouēt spatule iuncturaꝫ: ⁊ sunt tres musculi qui ei a pectore adueniūt ⁊ ipm mouēt ad inferiora. Et musculus qui inferius sub mamilla orit ⁊ cū parte adiutorij antecedente continuatur apud antecedentē partem marginis cartilaginis cōcauitatis: ⁊ ipse est qui adiutorium ad pectus applicat cū communitate qua spatula ipsum sequit. Et musculus qui a suppremo thoracis nascit ⁊ efficit vt domesticū capitis adiutorij cooperiat: ⁊ est applicans ipsuꝫ ad pectus cuꝫ impulsione pauca. Et musculus duplus magnus qui a toto oritur thorace cōtinuatus cuꝫ infimo antecessionis adiutorij: qui cū operatur cuꝫ villo qui in superiori parte eius est adiutoriuꝫ ad pectus ducit ipm eleuando ⁊ cū alia pte ducit illud ad ipm faciens ipm ad iferiora descēdere ⁊ cū eis ambobꝰ ducit ipm ad pectꝰ fm rectitudinē: ⁊ alij duo musculi q a pte nascunt ilij magis iterius ꝯtinuati qꝫ sit ꝯtinuitas magni musculi q a thorace ascēdit. Unus eoꝝ est magnꝰ veniēs a loco q est apud iliū ⁊ a costis posterioribꝰ ⁊ trahit adiutoriū ad costas posteriores directe ⁊ alter est subtilis q nascit a cute ilij ⁊ nō ab eiꝰ osse ⁊ dclinat magis ad medietatē qꝫ ille: ⁊ ꝯtinuat cū chorda illiꝰ qui a parte mamille ascēdit ⁊ ꝓfundat. Et hi qdē opationē primoꝝ efficiūt fm modū adiutorij: sed tamen ad posteriora parūper declinant. Et quinqꝫ musculi qui ab osse spatule nascunt vnꝰ musculus eoꝝ ortꝰ est ab osse spatule cū implet illud qđ est inter separās ⁊ costā superiorē villis ⁊ penetrat ad partē superiorem capitis adiutorij syluestrem declinās parūper ad domesticā ⁊ ipse etiā cū declinatione penetrat ad domesticā. Et duoꝝ musculoꝝ ex istis qnqꝫ origo est a latere superiore spatule: quoꝝ vnus est maior ⁊ villi ipsiꝰ vadūt ad inferiores partes separantis ⁊ iplent illud qđ est inter separans ⁊ latus inferius ⁊ ꝯtinuant valde cū capite adiutorij a parte syluestri ⁊ penetrāt cū dclinatiōe ad syluestrē. Et alter est cū hoc primo ꝯtinuꝰ adeo ꝙ est quasi eius pars ⁊ penetrat cū eo ⁊ ipsius operationeꝫ

efficit. Iste võ nõ multũ pẽdet a sũmo spatule ⁊ eiꝰ cõtinuitas est ꝼm trãsuersionẽ in mãifesto adiutoꝛij ⁊ ꝺ̃clinat ad syluestrẽ. Et q̃rtus est musculus qui locũ cõcauũ ossis spatule iplet cuiꝰ choꝛda cũ ꝑtibus iterioꝛibus lateris domestici capitꝭ adiutoꝛij cõtinuaꝛ: ⁊ eius oꝑatio est efficẽ vt adiutoꝛiũ posteriꝰ circũeat. Et alĩ musculus est q̄ ab iferioꝛe extremitate lateris spatule iferioꝛis nasciꝛ cuiꝰ choꝛda suꝑius ꝯtinuaꝛ ꝼm ꝯtinuitatẽ magni ab ilio ascẽdẽtis: ⁊ cuius oꝑatio est trahẽ sup̃mũ capitꝭ adiutoꝛij ad suꝑioꝛa. Adiutoꝛiuꝫ p̃terea aliũ hꝫ musculũ duo habẽtẽ capita q̄ duas efficit operationes ⁊ oꝑõnẽ cõem. Et ipse qdẽ sub furcula venit ⁊ a collo deglutiẽs capitꝭ adiutoꝛij bucellam ⁊ ꝑuenit vsq3 iuxta locũ ꝯtinuitatꝭ choꝛde musculi magni a pectoꝛe ascẽdẽtis. Quidã aũt dixerũt ꝙ vnũ capitũ ipsius iterius ꝺ̃clinat cũ trãsuersione pauca ad iterioꝛa. Et aliud capitũ exteriꝰ est suꝑ manifestũ spatule apud eiꝰ infimũ ⁊ declinat ad exterioꝛa cũ trãsuersione pauca ⁊ cũ operaꝛ cũ duabꝰ partibꝰ eleuaꝛ ꝼm rectitudinẽ. Sunt p̃terea hominũ qdã qui duos addiderũt musculos: musculũ paruũ qui ad mamillã venit: ⁊ aliuꝫ q̄ in spatule iunctura est sepultus: ⁊ foꝛtasse posuũt cubiti musculos cũ eis habere cõmunitatẽ.

De anathomia musculoꝝ brachij. Cap. 18m.

Musculoꝝ brachiũ mouẽtiũ alij sũt q̄ ip̃m cõtrahũt: alij sunt q̄ ip̃m dilatãt: ⁊ isti positi sũt suꝑ adiutoꝛiũ: alij sũt q̄ ip̃m gyrãt: alij sunt q̄ ip̃m resupinãt ⁊ nõ existũt suꝑ adiutoꝛiũ. Dilatantes võ sunt par vnũ cuius vnũ ex suis iparibꝰ cũ declinatione ad iterioꝛa expandiꝛ: qꝛ eiꝰ oꝛtus est superius ab antecessione adiutoꝛij ⁊ a latẽ spatule inferioꝛe ⁊ ꝯtinuaꝛ cũ cubito illic vbi sunt ꝑtes eiꝰ iterioꝛes: ⁊ ipar scd̃m expãdiꝛ ad iterioꝛa cũ declinatõe adiutoꝛij: qm̃ ab adiutoꝛij collo ꝓuenit ⁊ cũ extrinsecis cubiti partibꝰ ꝯtinuaꝛ. Cũq3 ambo operanꝛ ꝓculdubio ꝼꝫ rectitudinẽ extẽdunt. Cõstringẽtes võ sunt par aliud cuiꝰ vnũ ipar qꝺ̃ est maius trahit ad iterioꝛa cũ declinatione: qm̃ eiꝰ oꝛigo est a margine cartilaginis spatule inferioꝛe ⁊ a rostro vnicuiq3 quoꝝ ꝓpꝛie iest caput ⁊ ꝯtinuaꝛ choꝛda ipsiꝰ que est neruosa cũ parte focilis superioꝛis iterioꝛa antecedẽte. Et scd̃m ipar trahit cũ declinatione ad exterioꝛa: qꝛ eiꝰ oꝛtus est a manifesto adiutoꝛij posteriꝰ: ⁊ est musculus duo carnosa habẽs capita: quoꝝ vnũ est in posterioꝛibꝰ adiutoꝛij: ⁊ alteꝝ in anterioꝛibꝰ: ⁊ occultanꝛ hi duo in suo icessu parũꝑ donec ad antecedẽtẽ partẽ focilis iferioꝛis vadãt. Et cũ eo qdẽ iã ꝯtinuatũ fuit ꝙ ip̃m iclinat trahẽs iferiꝰ ad exterioꝛa ⁊ cũ eo qꝺ̃ iclinat trahẽs superiꝰ ad iterioꝛa vt sit tractio melioꝛ. Et cuꝫ isti duo musculi in suis ꝯiunguntꝛ oꝑõnibꝰ ꝼm rectitudinẽ stãt ꝓculdubio. Et duos qdem musculos dilatãtes vestit musculus q̄ os adiutoꝛij circũdat. Et similiꝰ est vt sit ꝑs alteriꝰ musculi ꝯstringẽtis. Faciẽtes võ brachiũ iacere supinũ sunt par cuiꝰ vnũ ex iparibꝰ est positũ in exterioꝛibꝰ duoꝝ fociliũ ⁊ obuiat focili suꝑioꝛi absq3 choꝛda: ⁊ alterum subtile ꝓlõgatũ nasciꝛ a suꝑioꝛi parte adiutoꝛij ab eo qꝺ̃ eiꝰ manifestũ sequiꝛ: ⁊ maioꝛ ꝑs eiꝰ vadit in aseid ⁊ penetrat donec ꝓpinquũ fiat iũcture rasete ⁊ venit ad ꝑtẽ occultã focilis superioꝛis ⁊ ꝯtinuaꝛ cũ eo choꝛda pãnicularis. Gyrãtes aũt sunt par positũ exteriꝰ: cuiꝰ vnũ ex duobꝰ iparibꝰ a sup̃mo domestico capitꝭ adiutoꝛij incipit ⁊ continuaꝛ cũ superioꝛi focili sub iũctura rasete: ⁊ alterũ est magis curtũ ipso ⁊ eiꝰ villus ad latitudinẽ est decliuis: sed eiꝰ extremitas est plus neruosa ⁊ incipit ab ipsomet suꝑioꝛi focili ⁊ ꝯtinuaꝛ cũ eius extremitate superioꝛi apud rasete iũcturam.

De anathomia musculoꝝ motꝰ rasete. Cap. 19m.

Musculoꝝ võ iũcturarũ rasete mouentiũ qdã sunt ꝯstringẽtes: ⁊ qdã dilatantes: ⁊ qdã gyrantes: ⁊ qdam resupinantes super collũ. Ex dilatantibꝰ võ est vnus musculus cũ alio cõtinuꝰ: ac si ambo vnꝰ essent musculus. Et istius qdem oꝛigo est a medio focilis inferioꝛis cuiꝰ choꝛda cũ pollice ꝯtinuaꝛ per quẽ pollex ab indice elõgaꝛ. Et alterius oꝛigo est a focili superioꝛi cuiꝰ choꝛda cuꝫ pꝛimo ossiũ rasete ꝯtinuaꝛ: scꝫ posito coꝛaꝫ pollice. Cũq3 isti duo simul mouenꝛ dilatant rasetã cũ gyratione pauca. Et cũ secũdus solus moueꝛ facit ipsaꝫ iacere resupinã. Et cũ pꝛimꝰ moueꝛ solus ꝓlongat inter pollicẽ ⁊ indicẽ. Et musculus q̄ iacet super focile superiꝰ apꝺ̃ rasetã a parte syluestri cuiꝰ oꝛtꝰ est ab inferioꝛi parte capitis adiutoꝛij a quo pꝛocedit choꝛda duo habens capita quoꝝ vnũ cũ medio pectinis coꝛã indice ⁊ medio ꝯtinuaꝛ: ⁊ alteriꝰ capitis choꝛda est caput inferiꝰ super focile superius apꝺ̃ rasetã ⁊ dilatat rasetã expãdendo cũ gyratione. Constringentes aũt musculi sunt par super latꝰ brachij syluestre: quoꝝ inferioꝛ incipit ab interioꝛi duoꝝ capitũ adiutoꝛij ⁊ ꝑuenit ad pectineꝫ coꝛã auriculari. Et superioꝛ vtroꝛũq3 incipit altiꝰ ꝙ̃ ille ⁊ peruenit ibi. Et est cũ eis musculus q̄ icipit ab inferioꝛibꝰ adiutoꝛij partibꝰ loca p̃dictoꝝ mediãs qꝺ̃ duo hꝫ extrema que ad modũ crucis transuersanꝛ: ⁊ postea cũ loco q̄ ẽ iter pollicẽ ⁊ mediũ ꝯtinuanꝛ: cũq3 ambo mouenꝛ ꝯstringũt. Et isti qdẽ ꝯstringẽtes ⁊ ipsimet dilatãtes gyrationẽ efficiũt ⁊ resupinationẽ: cũ duo oppositi ex eis ꝼm trãsuersionẽ mouenꝛ. Sed musculus cũ pectine ꝯtinuus coꝛã auriculari cũ solus moueꝛ gyrat plantã: ⁊ cũ musculus pollicis quẽ nominauimus ip̃m adiuuat plenarie plantam resupinã iacere facit: ⁊ cũ ille qui est cuꝫ raseta ꝯtinuus coꝛam pollice solus moueꝛ gyrat ipsum parũper: ⁊ cũ auriculari quẽ nominabimus efficit gyrationẽ completam.

De anathbo. musculoꝝ motꝰ digitoꝝ. Cap. 20m.

Musculoꝝ võ digitos mouentiũ quidã sunt qui sunt in planta: qdã sunt qui sunt in brachio: qꝛ si omnes in planta cõiungerenꝛ ꝓpter carnẽ multaꝫ grauarent: ⁊ ꝓpterea ꝙ illi qui sunt ex eis in raseta a digitis elõgati fuerũt: choꝛde ipsoꝝ necessario fuerũt lõge. Munite ergo fuerũt pãniculis q̄ eis ab oĩbus adueniũt partibus: ⁊ ipsoꝝ qdẽ choꝛde rotũde ⁊ foꝛtes create fuerũt ⁊ nõ dilatanꝛ nisi cũ ad membꝛum perueniũt. Ibi igiꝛ dilatanꝛ vt mẽbꝛũ motũ bene cõpꝛehẽdant. Oẽs aũt musculi digitos dilatantes suꝑ brachiuꝫ sunt po-

ſiti:⁊ ſimil'r ipſos ad inferiora mouẽtes. Et ex dilatan
tibus qdẽ eſt muſculus q in medio manifeſto brachij
poſit⁹ naſcit̃ a pte ſupp̃ma capitꝪ adiutorij ĩferioris:⁊
q̃tuor digitꝪ chordas que ipſos dilatant mittit. Ex eis
v̂o q eos ad ĩferiora ĩclinãt tres adinuicẽ in pte iſtius
ſunt ꝯtinui. Quoꝝ vnus a pte media capitꝪ adiutorij
ſylueſtris ĩter duo ipſi⁹ additamẽta orit̃ ⁊ duas chor-
das auriculari ⁊ annulari tranſmittit. Et vnus a ſũma
duoꝝ muſculoꝝ duploꝝ q ſunt duo ex his trib⁹ orit̃
ſub duob⁹ additamẽtis adiutorij ĩterius ⁊ a margine
focilis ĩferioris ⁊ duas trãſmittit chordas medio ⁊ ĩdi
ci. Et tertius eoꝝ ⁊ eſt ille q remãſit: orit̃ a ſup̃mo fo-
cili ſupioris ⁊ chordã pollici mãdat: ⁊ apd̾ hãc iũctu-
rã eſt muſculus q ẽ vn⁹ duoꝝ muſculoꝝ ĩter muſcl'os
mot⁹ raſcete noĩatoꝝ ⁊ naſcit̃ a loco medio focilis ĩfe
rioris cui⁹ chorda pollicẽ ab ĩdice ꝓlõgat. Cõſtringẽ
tiũ aũt qdã ſunt q ſup brachiũ exiſtũt ⁊ qdã q ſup vo-
lam plãte. Et illi qdẽ q ſunt ſup brachiũ ſũt tres mu-
ſculi: quoꝝ vnus ſm aciẽ in medio ſup aliũ eſt poſit⁹.
Ex qbus nobilior eſt ĩferius q ĩferius eſt ſepult⁹ ⁊ cuꝫ
oſſe focilis ĩferioris ꝯtinuus: qm̃ ei⁹ opatio exiſtit no-
bilior: q̃propter oportuit vt eius locus magis eſſet cu
ſtoditus. Cui⁹ pricipiũ eſt a medio capitꝪ adiutorij ſyl
ueſtris ad ĩteriora: deĩde penetrat ⁊ dilatat̃ ei⁹ chor-
da ⁊ in qnqꝫ parit̃ chordas: quaꝝ queqꝫ ad interiora
digiti ꝑuenit. Illarũ v̂o que ad q̃tuor ꝑueniũt queqꝫ
iũcturã primã ipſi⁹ ꝯſtringit ⁊ tertiã. Primã v̂o ꝓpte-
rea ꝙ eſt ibi ãnexa ligamẽto qd̾ ſup eã eſt cinctũ: ⁊ ter
tiã ꝓpterea ꝙ ei⁹ caput ꝑuenit ad eã ⁊ ꝯtinuat̃ cũ ea:
que aũt ad pollicẽ vadit eius ſecũdã ⁊ tertiã ꝯſtringit
iuncturã: qꝛ nõ ꝯtinuat̃ niſi cũ eis. Et ſecũdus quideꝫ
muſculus qui eſt ſupra iſtũ eſt minor ipſo ⁊ ĩcipit a ca-
pite ingrediẽte qd̾ eſt vnũ ex capitib⁹ adiutorij ⁊ cum
focili inferiore parũper ꝯtinuat̃: ⁊ tranſit per terminũ
cõmunẽ qui eſt inter latus ſylueſtre ⁊ domeſticũ: ⁊ eſt
ſuperior ſuperficies focilis ſuperioris: ⁊ cũ ad partem
peruenit pollicis declinat parũper ad interiora ⁊ cuꝫ
iuncturis medijs q̃tuor digitoꝝ chordas mandat vt
eos ꝯſtringant. Ad pollicẽ v̂o nõ peruenit niſi ramus
paruus q nõ eſt ex chorda eius: ĩmo ab alio loco. Et
primi qdẽ origo eſt poſt principiũ noĩatũ qd̾ eſt a ca-
pite focilis ſupioris ⁊ ĩferioris: ⁊ ſecũdi origo eſt a ca-
pite focilis ĩferioris. Factũ eſt aũt ꝙ pollex vno mu-
ſculo in ſui ꝯſtrictione ſit ꝯtentus: ſed quatuor duob⁹
ꝯſtringunt̃ muſculis: qm̃ nobilior ex operationib⁹ q̃-
tuor eſt ꝯſtrictio ⁊ ex operationibus pollicis nobilior
eſt vt dilatet̃ ⁊ ab indice elonget̃. Tertius aũt muſcu-
lus nõ eſt ad ꝯſtringendũ: ſed eius chorda interius in
planta penetrat ⁊ dilatat̃ deſuper ad hoc vt in eã adi
piſci faciat ſenſuꝫ: ⁊ in ſentiendo iuuamentũ prebeat ⁊
pilos in ea naſci ꝓhibeat: ⁊ ad ſuſtentanduꝫ illud qd̾
eſt in interiorib⁹ plante ⁊ vt fortis fiat ad ſuas actiões
peragendas. hi qdẽ ſunt illi qui ſuper raſetã exiſtunt.
Muſculi v̂o qui ſunt in plãta ſunt. xviij. in duab⁹ acie-
bus ordinati adiuicẽ ſibi ſuperpoſiti. vna acies eſt ad
inferiora ⁊ interius: ⁊ altera acies eſt ſuper cutẽ exte-
riorẽ. Qui aũt in acie exiſtũt inferiore numero ſunt ſe-
ptẽ quoꝝ qnqꝫ digitos ad ſuperiora inclinãt: ⁊ qui ex
eis delegatus eſt pollici a pricipio oſſis raſete naſcit̃.
Et ſext⁹ eſt curt⁹ ⁊ lat⁹ cui⁹ villus eſt trãſuerſus ⁊ ipſi⁹
caput pẽdet a pectine manus donec ꝑueniat in recti-
tudine medij cuius chorda cũ pollice ꝯtinuat̃ ⁊ ipſum
ad ĩferiora inclinat. Et ſeptimus eſt apud auriculareꝫ
incipiẽs ab oſſe pectinis qd̾ in ei⁹ rectitudine exiſtit ⁊
ip̃m ad inferiora inclinat. Nullus v̂o hoꝝ ſeptẽ eſt ad
ꝯſtringendũ: ſed quinqꝫ ſunt ad eleuandum ⁊ duo ad
flectendum inferius. Illi v̂o qui ſunt in acie ſuperiore
ſub muſculo ſuper plantã expanſo qui qdẽ eſt muſcu-
lus quẽ ſolus cognouit Gal. ſunt muſculi vndecim ex
qbus ſunt octo: quoꝝ duo cũ prima iũcturarũ q̃tuor
digitoꝝ ꝯtinuant̃. ſ. vnus ſuper aliũ vt hanc ꝯſtringãt
iũcturã: ſed qui ex eis eſt ĩferior ꝯſtrĩgit cũ diſpoſitio-
ne ⁊ reflexione: ⁊ ei⁹ q eſt ex eis ſupior eſt ſtrictura cũ
modico eleuatiõis ⁊ ad ſupiora aſcenſionis. Cũqꝫ cõ-
iuncti fuerint directe: ⁊ eorum tres pollici ſunt ꝓprij:
quoꝝ vnus primã ꝯſtringit iuncturã: ⁊ duo ſecũdam
ſicut ſciuiſti. Dilatãtes ergo qnqꝫ ſunt. Et de reflectẽ-
tib⁹ exceptis pollice ⁊ auriculari vnicuiqꝫ ineſt vnus:
pollici v̂o ⁊ auriculari vnicuiqꝫ aſſunt duo. Et de cõ-
ſtringentib⁹ vnicuiqꝫ digito aſſunt q̃tuor. Et de his q
ad ſupiora inclinare faciũt vnicuiqꝫ digito adeſt vn⁹.

De anathomia muſculoꝝ mot⁹ dorſi. Cap. 21m.

Muſculoꝝ dorſi alij ſunt q ip̃m ad poſteriora
flectunt: alij q curuant ad anteriora. Ex iſtis
eni oẽs alij oriunt̃ motus. Ad poſteriora v̂o
flectẽtes ſũt illi q ꝓprie dorſi vocant̃ muſcu-
li. Et ſunt muſculi duo de qbus exiſtimat̃ ꝙ vnuſqſqꝫ
eoꝝ ex. xxiij. cõpoſit⁹ exiſtat muſculis: qm̃ vnicuiqꝫ ip-
ſoꝝ ab vnaq̃qꝫ ſpondili aduenit ei muſculus: ab vna-
quaqꝫ nãqꝫ ſpondili aduenit ei villus tranſuerſus niſi
a pria. Et iſti qdẽ muſculi cũ eq̃liter tendunt̃ ſtat dor
ſuꝫ: ⁊ cũ ſupflue tendunt̃ declinant ad poſteriora. Et
cũ illi q in vno exiſtũt latere mouent̃: dorſum ad illud
inclinat̃. Muſculi v̂o curuãtes ſunt par deſup poſitũ
q ſunt ex muſculis caput ⁊ collũ mouẽtib⁹: q a duob⁹
mery veniũt laterib⁹: quoꝝ ĩferiores extremitates cũ
quinqꝫ ſpondilib⁹ pectoris ſuperiorib⁹ ꝯtinuant̃ in ali
qbus hoibus: ⁊ in pluribus hoibus cũ q̃tuor. Et eoꝝ
ſuperiores extremitates ad caput ꝑueniunt ⁊ collum.
Et par qd̾ ſub iſto eſt poſitũ ⁊ vocat̃ renale: que am-
bo a decima ⁊ vndecima pectoris incipiũt: ⁊ ad infe-
riora deſcendunt: ⁊ plerũqꝫ curuant flectẽtes. Et me-
dio qdem in ſuis motibus hoꝝ muſculoꝝ ſufficit inuẽ-
tio: quoniã incuruatione ⁊ ĩclinatione a dextra ⁊ a ſi-
niſtra duarũ extremitatũ ſequit̃ motus.

De anathomia muſculoꝝ ventris. Cap. 22m.

Muſculoꝝ aũt vẽtris ſunt octo q in iuuamen
tis cõmunicãt: ex qb⁹ eſt iuuamẽtũ ꝓbere in
exprimẽdo illud qd̾ ex ſtercore ⁊ vrina in ĩfe
rioribus ꝯtinet̃ ⁊ que in matricibus nata exi-
ſtunt. Et ex eis eſt ꝙ diaphragma ſuſtinẽt ⁊ ip̃m cum
adeſt exſufflatio que eſt in ꝯſtrictione adiuuãt. Et ex
eis eſt ꝙ ĩteſtina calefaciũt ⁊ ſtõchũ ꝓpterea ꝙ ea co
operiunt. Ex his aũt octo eſt vnum par rectum quod

ſm rectitudinē ab epiglotali deſcendit cartilaginē: cuius villus in lōgitudine vſqꝫ ad femur deſcēdit: ⁊ eiꝰ extrema in eis que ſunt corā ipſis expādunt̄. Huiꝰ vero paris ſub a ſui pͥncipio vſqꝫ ad ipſiꝰ finē carnoſa exiſtit. Et duo muſculi ꝗ cū iſtis in latitudīe ſecant̄: quorū locꝰ eſt ſub pāniculo ꝗ ſuꝑ totū extēſus eſt vētrē: ⁊ ſub duobꝰ lōgitudinalibꝰ. Sectio aūt que inter iſtoꝝ duoꝝ ⁊ duoꝝ primoꝝ villos accidit eſt ſm angulos rectos ⁊ duo paria q̄ ꝑ trāſuerſum vadūt quoꝝ vnūquodqꝫ eſt in latē a dextra ⁊ a ſiniſtra. Et vnūquodqꝫ eoꝝ par ex duobꝰ exiſtit muſculis ſe adinuicē ad modū crucis ſecantibꝰ a cartilaginis coſtaꝝ nō cōpletaꝝ extremitate vſqꝫ ad femur: ⁊ ab illo vſqꝫ ad epiglotale. Et duorūꝫ parium extremitates ſibi a dextra ⁊ a ſiniſtra apud femur obuiāt: ⁊ alioꝝ duoꝝ extremitates apud epiglotale que ſuꝑ carnoſas ꝑtes ab vnaquaqꝫ parte duoꝝ muſculoꝝ latitudinaliū ſunt poſite. Et hec q̄dē duo paria ſemꝑ carnoſa incedūt donec rectos muſculos cū chordis latitudinalibꝰ tangāt q̄ pāniculis ſimilant̄. Et hec ēt duo paria ſub duobꝰ lōgitudinalibus ſunt poſita que ſub duobꝰ poſita ſunt latitudinalibꝰ.

De anathomia muſculoꝝ teſticuloꝝ. Cap. 23m.

Teſticuloꝝ aūt viroꝝ muſculi ſunt q̄tuor ꝓpterea vt teſticl'os cuſtodiāt ⁊ eos eleuēt ne laxent̄. Quiſqꝫ teſticulus hꝫ par ſibi ꝓpriuꝫ. Mulieribꝰ vero vnū par ſufficit. ſ. cuiqꝫ teſticulo ipar ꝓpterea ꝙ earū teſticuli non ſunt in exterioribus: neqꝫ ſunt ſuſpenſi quēadmodū viroꝝ.

De anathomia muſculoꝝ veſice. Cap. 24m.

Super os veſice vnꝰ exiſtit muſculus ꝗ ipſaꝫ circūdat: cuiꝰ villus ſuꝑ ipſiꝰ os dilatat̄. Et eiꝰ q̄dē iuuamētū eſt vrinā vſqꝫ ad horā volūtatis retinere. Et cū volūtas expellendi affuerit eius laxabit̄ conſtrictio: ⁊ ventris muſculi veſicā vrgebūt: ⁊ vrinā expulſiua adiuuante expellent.

De anathomia muſculoꝝ virge. Cap. 25m.

Muſculi ꝗ vgā mouēt duo ſt̄ paria: duo vniꝰ paris muſculi i duobꝰ virge lateribꝰ ſt̄ extēſi ꝗ cū tēdunt̄ foramē dilatāt ⁊ ipm amplificāt ⁊ penetratio rectificat̄: ⁊ ſꝑma in ipa cū facilitate diſcurrit. Aliud vero par qđ a femoris oſſe orit̄ ⁊ cū radice virge ſm trāſuerſionē ꝯtinuat̄: ⁊ cū rectificatur tendit̄ ⁊ inſtrumētū ſm rectitudinē eleuat̄: ⁊ cum cōſtringit̄ reducit ipſum ad poſteriora. Qꝫ ſi vni eorū acciderit tenſio ad ipſius partem declinabit.

De anathomia muſculoꝝ ficteris. Cap. 26m.

Ficteris muſculi ſunt quatuor. Unus eoꝝ eſt muſculus ꝗ ipſiꝰ comitat̄ os ⁊ cū eiꝰ carne vehemēter miſcet̄ q̄ ꝑmixtiōi muſculoꝝ labioꝝ ſimilat̄ ⁊ ipſe q̄dē cohercet ⁊ ꝯſtringit anū a ſua expſſione: ſtercoris reliq̄as que ſunt in ipo excutit. Et muſculus ꝗ eſt poſitꝰ magis iterius q̄ꝫ iſte: cuiꝰ ſtatio eſt ſm cōparationeꝫ capitis hoīs ⁊ exiſtimat̄ ꝙ ſit habēs duo extrema cuiꝰ extremū cū radice virge pro certo ꝯtinuat̄: ⁊ par qđ ſuꝑ hos oēs trāſuerſuꝫ exiſtit: cuiꝰ iuuamentū eſt longationē ſurſum eleuare: ⁊ neqꝫ accidit longationē egredi niſi ꝓpter ipſius laxitatē.

De anathomia muſculoꝝ coxe. Cap. 27m.

Ex muſculis coxe maior eſt ille ꝗ eaꝫ extēdit: deīde ille ꝗ eā ꝯhit. Ex ſuis nāqꝫ oꝑōnibus nobiliores ſunt iſti duo motꝰ: verūtn̄ extēſio ꝯctione nobilior exiſtit: qm̄ ſtatio nō conuenit niſi cū extēſione. Poſtea ſunt muſculi ꝗ elōgāt: deinde illi ꝗ appropinq̄re. poſt illi ꝗ circuire faciūt. Ex muſculis aūt coxe iūcturarū extēdētibꝰ eſt vnꝰ ꝗ eſt oībꝰ corꝑis muſculis maior: ⁊ ipſe eſt muſculus ꝗ os femoris ⁊ anchā cooꝑit: ⁊ ſuꝑ totā coxā voluit̄ ab iterioribus ⁊ exterioribꝰ ⁊ poſterioribꝰ donec ad pollicē ꝑueniat: cuiꝰ villi diuerſa hn̄t pͥncipia: quapropter ipſius oꝑōnes ſm diuerſas ſpecificant̄ ſpēs. Ex ipſius nāqꝫ villis eſt ꝗ ab ifimo oſſis femoris naſcit̄ ⁊ ꝺclinādo ad domeſticū dilatat̄. Et eſt aliꝰ ex villis eiꝰ cuiꝰ ortꝰ eſt parū altior ortu iſtius ꝗ coxā ad ſuꝑiorē eleuat. Et eſt aliđ ex villis cuiꝰ ortꝰ eſt valde altior ortu iſtiꝰ ꝗ coxā ad ſuꝑiora ad domeſticū declinātē eleuat. Et ē ex eis aliꝰ cuiꝰ origo eſt ab oſſe anche ꝗ ſatis coxā ſm rectitudinē dilatat. Et eſt ex eis muſculus ꝗ totā āche iuncturaꝫ poſteriꝰ cooꝑit tria hn̄s capita ⁊ extrema duo. Et hec q̄dē capita ab ilio ⁊ ancha ⁊ alboſos naſcunt̄ quoꝝ duo ſunt carnoſa ⁊ vnū pāniculare. Duo vero extrema cū poſteriore capitꝭ coxe ꝑte ꝯtinuant̄: ⁊ ſi cum vno traxerit extremo cū ꝺclinatiōe ad ipm dilatabit: ⁊ ſi cū duobꝰ traxerit extremis ſm rectitudinē dilatabit. Et ex eis eſt muſculus qui ex tota oſſis ilij ſuꝑficie orit̄: ⁊ cū ſuppͥmo maioris additamēti ꝯtinuat̄ ⁊ vocatur carchametra maior: ⁊ paꝝ ad anteriora extēdit̄ ⁊ cū ꝺclinatiōe ad domeſticū dilatat̄. Et eſt aliꝰ talis q̄lis iſte ꝗ in pͥmis cū ifimo additamēti minoris ꝯtiuat̄: deinde ꝺſcēdit ⁊ illiꝰ oꝑōne oꝑat̄. verūtn̄ eius eſt paruā dilatationē ⁊ multā efficē ꝺclinationē: cuiꝰ origo eſt ab ifimo ſuꝑficiei oſſis ilij. Et eſt ex eis muſculus qui ab ifimo oſſis āche orit̄ ad poſteriora declinās ⁊ dilatat ipſaꝫ ⁊ eā ad poſteriora parūper declinare facit: ⁊ ad domeſticū ſufficiēter declinare facit. Ex muſculis vero coxe iūcturā ꝯſtrigētibꝰ eſt muſculus vnus ꝗ cū declinatione ad domeſticū ꝑua ꝯſtringit. Et eſt muſculus rectus ꝗ a duabꝰ deſcēdit originibus q̄rū vna cū fine lūboꝝ ⁊ altera cū oſſe ilij ꝯtinuat̄. Et ipſe q̄dē ſunt q̄ cū minore additamēto domeſtico ꝯtiuant̄: ⁊ muſculus ꝗ ab oſſe femoris naſcit̄ ⁊ cū ifimo additamēti minoris ꝯtinuat̄. Et muſculus ad duo latera ipſius tranſuerſe extēſus ꝗ eſt ſicꝰ ꝑs maioris. Et q̄rtus ꝗ a re ꝑparata ſtāte poſt os ilij orit̄ ⁊ ipſe ēt crus ꝯtrahit colligendo coxā. Ex muſculis vero ꝗ ad anteriora ꝺclinare faciūt iaꝫ q̄dē nominati fuerūt vbi dilatatiōis ⁊ ꝯſtrictionis mētionē fecimus: ⁊ hec q̄dē mouēdi ſpēs hꝫ muſculū ꝗ ab oſſe naſcit̄ femoris ⁊ adeo fit lōgus vt ad pollicē ꝑueniat. Declinare vero ad exteriora faciētes ſunt duo muſculi. vnus eoꝝ ab oſſe venit lato. Sed circuire faciētes ſūt duo muſculi quoꝝ vnus a ſylueſtri femoris: ⁊ alter ab ipſiꝰ orit̄ domeſtico: ⁊ cū ſibi obuiāt trāſuerſant̄ ⁊ fiūt carnoſi apđ locū ꝓfundū circa poſteriora additamēti maioris. Et q̄cūqꝫ eoꝝ ſolus traxerit coxam ad ſui partem cū pauca dilatatione torquebit.

De anathomia

¶ De anathomia musculorum mouentium iuncturam
cruris ⁊ poplitis. Cap.28m.

Ex musculis aūt iūcturā poplitis mouētibꝰ
sūt tres in anteriorībꝰ coxe positi q muscu-
lis in ipsamet coxa positi sunt maiores. Et
eoꝝ opatio est dilatare. Unus aūt horum
triū est sic duplus duo hñs capita: quoꝝ
vnū ab additamēto icipit maiore: ⁊ alteꝝ ab interiore
coxe: ⁊ duo hñt extrema: quoꝝ vnū est carnosuꝫ: ⁊ cuꝫ
rasga añq̄ chorda fiat cōtinuat̄: ⁊ alteꝝ est pānicula-
re cū domestica duaꝝ extremitatuꝫ coxe cōtinuatum.
Alioꝝ vō duoꝝ vnus est ille quē iter coxā cōstringen
tes noiauimꝰ.s.a separāte qđ est in osse ilij nascēs: ⁊ al
ter ab additamēto syluestri qđ est in coxa orit̄. Et isti
qdem duo ꝯtinuant̄ ⁊ vniunt̄: ⁊ gñatur ex eis chorda
vna que dilatat̄ ⁊ circūdat rasgā ⁊ ipsam cū eo qđ est
sub ea ꝯuenienter affirmat: deide cū capite cruris con
tinuat̄: ⁊ poplitem dilatat ⁊ crus extēdit. Dilatatio vō
vnuꝫ hꝫ musculū qui ab obuiatione ossis femoris na-
scit̄ ⁊ incedēdo descēdit in latus coxe domesticuꝫ ꝼm
transuersionem: deinde cū parte venosa supreme ꝑtis
cruris ꝯtinuatur ⁊ crus declinans ad domesticū dila-
tat. Et musculū aliuꝫ in qbusdam anathomie libris ei
oppositū in parte syluestri qui icipit ab osse anche ⁊ ꝼꝫ
trāsuersionem in latus syluestre tēdit donec ad locuꝫ
ꝑuenit venosuꝫ. Et neq̄ ē musculus maioris trāsuer-
sionis isto: ⁊ cuꝫ declinatiōe ad syluestre dilatat: ⁊ cuꝫ
ambo dilatant est dilatatio recta. Ex eis vō q crus ꝯ-
hūt ē vnꝰ musculus angustꝰ ⁊ lōgus q ab osse ilij orit̄:
⁊ femoris circa originē dilatātis igrediens a separan-
te qđ ē in medio ilij: deide ꝼm transuersionē penetrat
ad iteriora duoꝝ extremitatū poplitis: postea egredit̄
exteriꝰ ⁊ vadit ad eminētiā q̄ est in loco poplitis ⁊ ve-
noso ⁊ cū ea vnit̄. Et ipse qdē est quo crus ad iferiora
trahit̄ declinās cū pede ad ꝑtē iguinis. Et tres muscu
li: domesticus: ⁊ syluestris: ⁊ mediꝰ. Sꝫ domesticꝰ ⁊ me
dius cū declinatiōe ad syluestrē ꝯhūt. Et syluestris cō
trahit cū declinatiōe ad domesticū. Et domesticꝰ qdē
orit̄ ab axe ossis anche: deide transuerse icedit per po
steriora coxe donec ꝑuenit ad locū cruris venosuꝫ in
ꝑte domestica: ⁊ vnit̄ cū eo cuiꝰ color ad viriditatē tra
hit. Et alioꝝ duoꝝ ēt origo est ab axe ossis anche: sed
declināt vt cū loco venoso lateris syluestris cōtinuen-
tur. In iūctura ṗterea poplitis ē musculus sicut in flu
xuositate poplitꝫ sepultus q oꝑōneꝫ efficit q̄lis huiꝰ me
dij existit oꝑatio. Et qdam existimāt ꝙ ꝑs eminēs mu
sculi dilatātis dupli a separāte est cū poplitē accn̄talr̄
cōstringit: ⁊ est cū ab eiꝰ origīe egredit̄ chorda q̄ āche
pixidē tꝫ: ⁊ cū ea ⁊ cū ipso qđ sequit̄ ipsam ꝯtinuat̄.

¶ De anathomia musculorum pedis iuncturam mo-
uentium. Cap.29m.

Ex musculis aūt pedis iūcturā mouētibus sūt
qdā q ipm ad suꝑiora eleuāt: ⁊ qdā qui ipsuꝫ
descēdere faciūt. Ex eis aūt qui ipꝫ eleuāt est
vnus musculus magnus qui est positꝰ in par-
te añcedēte cāne domestice: cuius ṗncipiuꝫ est ꝑs syl-
uestris capitis cāne domestice. Et ipe qdē cū ad exte-
riora egredit̄ inclinat̄ suꝑ crus ad ꝑtē pollicis vadēs
⁊ cōtinuat̄ cū eo qđ radici poplitis est ꝓpiquū ⁊ pedeꝫ
ad suꝑiora eleuat: ⁊ alter orit̄ a capite syluestris ex q̄
nascit̄ chorda que cū eo qđ ē iuxta radicē minimi cōti
nuat̄ ⁊ pedē ad suꝑiora eleuat ⁊ ꝓpe qñ cuꝫ eo ꝯuenit
primus musculus: ⁊ fuerit hoc ꝼꝫ eq̄litatē ⁊ rectitudi-
nē. Faciētiū vō descēdere est vnū par cuius origo ē a
capite coxe qđ postea descēdit ⁊ cruris vētrē carne re
plet ex qbꝰ chorda nascit̄ q̄ ex maioribꝰ existit chordis
⁊ ipse qdē est chorda nerui q cū osse alcabab cōtinua-
tur: ⁊ ipꝫ ad posteriora trāsuerse ad syluestrē trahit: et
est hec cā fixiōis pedis suꝑ terrā. Et ipm qdē adiuuat
musculus q a capite syluestris orit̄ cuiꝰ color ē melon-
gianus: ⁊ descēdit donec ipsemet absq̄ chorda quam
mādat: ꝫ carneꝰ remanēs ꝯtinuat̄ cuꝫ postrema alca-
bab ꝑte sub ꝯtinuitate quā añ diximꝰ. Cūq̄ musculis
istis aut ipsoꝝ chordis nocumētū accidit pes claudi-
cat. Et musculus ex q̄ due nascunt̄ chorde: quarū vna
pedē ꝯstrigit: ⁊ altera pollicē dilatat. Illđ vō est qm̄
iste musculus a capite cāne domestice orit̄ vbi ipsa syl
uestri obuiat ⁊ descēdit iter eas: ⁊ i duas diuidit̄ chor
das: quaꝝ vna sub raseta in anteriori pollicis ꝑte cōti
nuat̄ cū qua ēt chorda pedis existit humilitas. Et alte
ra chorda ē q̄ ex ꝑte istiꝰ gñata musculi prime chorde
ꝑtransit originē: ⁊ ꝓ pollicis ossi chordā mādat ⁊ ipm
cū trāsuersiōe ad domesticū dilatat. Et iaꝫ ēt a capite
coxe syluestri orit̄ musculus ⁊ cū vno duoꝝ musculoꝝ
achibaliū ꝯtinuat̄: deide ab eo seꝑat̄ cū occultum cru
ris ꝑtrāsit: ex quo orit̄ chorda q̄ ad iferiora pedis ꝑue
nit ⁊ sꝫ eo toto dilatat̄: quēadmodū fac̄ musclus q su
per plāte occultū dilatat̄ ꝑꝑ iuuamētū tale q̄le ē eius.

¶ De anathomia musculoꝝ digitoꝝ pedis. Cap.30m.

Ex musculis vō pedis digitos mouētibꝰ q sūt
ꝯstrigētes musculi sunt multi ex qbꝰ ē muscu-
lus q a capite cāne syluestris orit̄ ⁊ extēsus su
per ipsaꝫ descēdit ⁊ chordā vnaꝫ trāsmittit q̄
in duas diuidit̄ chordas que mediū ꝯstringūt ⁊ idicē.
Et alter istoruꝫ minor cuiꝰ ortꝰ est a postremo cruris:
cuius chorda cū ipm trāsmittit in duas diuidit̄ chor-
das que indicē cōstrigūt ⁊ minimū. Et diuidit̄ ab vna-
quaq̄ duaꝝ ꝑtiū chorda q̄ cū eo qđ ab alia diuiditur
ꝯtinuat̄: ⁊ fiūt chorda vna que ad pollicē ꝑuenit ⁊ ipꝫ
constringit. Et tertia chorda quā iā noiauimus a syl-
uestri duarum extremitatū que in cāna existūt dome-
stica orit̄: ⁊ iter duas descēdit cānas ⁊ ex se ꝑtē trāsmit
tit ad pedem cōstringendū ⁊ partē ad primū os polli-
cis. Et hoꝝ qdem musculoꝝ digitos mouētiū q̄s no-
minauimus situs est suꝑ crus ⁊ posteriꝰ. Illi vō quoꝝ
situs est super plantam pedis.x.sunt musculi: ⁊ in ꝭ q-
dem anathomici decepti fuerūt. Sꝫ primus q istđ sci-
uit fuit Gal'. Ipsi vō cū qnque cōtinuant̄ digitis.s.cuꝫ
vnoquoq̄ duo lacerti a dextra ⁊ a sinistra: ⁊ mouent
vt cōstringant ꝼm rectitudinē si simul mouerint: ⁊ vt
declinēt si vnus mouerit. Et ex eis qdeꝫ sūt q̄tuor suꝑ
rasetā: quoꝝ vnus vnicuiq̄ digito delegatꝰ est: ⁊ duo
qui ꝓprie sunt ad ꝯstringēdum pollicē ⁊ minimuꝫ. Et
isti qdē musculi adeo sūt permixti vt cū vni coꝝ acci-

dit nocumētū ꝓuenit inde vt reliquoꝝ opatio debili-
tetᷣ in eo qđ eoꝝ est ꝓpriuꝫ vt vicem istius aliquo mō
gerant in eo qđ huic est proprium: ⁊ hac de causa dif-
ficile est vnum digitoꝝ pedis proprie absqꝫ alijs con-
stringere. Et ex musculis qdeꝫ pedis sunt qnque supra
pedē positi qui ad syluestrē declinare solent: ⁊ quinqꝫ
sub eis positi quoꝝ vnusquisqꝫ digitū ad illud qđ ipm
sequitᷣ trahit a parte domestica ⁊ ipm cū motu ad ptē
eleuat domesticā. Et isti qnque sunt cū duobꝰ q polli-
ci ⁊ minimo sunt ꝓprij ſm similitudineꝫ septē qui sunt in
planta pedis ⁊ simil'r decem primi. Oēs igitur corpo-
ris musculi sunt quingenti ⁊ vigintinouem.

¶ Summe Tertie doctrine quinte ⁊ est sermo vniuer-
salis de neruis proprie. Cap. pᵐ.

Iuuamētorum neruorum alia sunt que sūt
ſm essentiam: alia sunt que sunt per accñs.
Qꝫ vo ſm essentiaꝫ est qđ cerebrū eis me-
diantibus oibus alijs membris iuuamētū
prestat dādo eis sensum ⁊ motū. Sꝫ qđ est
per accidens est ad hoc vt caro corroboretᷣ ⁊ corpus
fortius fiat. Et ex eis ēt est percipere id qđ ex nocumē
tis mēbris accidit sensu carentibus sicut epar ⁊ splen ⁊
pulmo: lꝫ eni membra ista sensum nō habeāt super ea:
tamē cinctoriū positum est neruosum ⁊ pāniculo tecta
fuerūt neruoso: que cum apata fuerunt: aut vētosita-
te tensa perueniet apostemosi grauedo: aut ventosita
tis partitio ad cictoriū in ipsius radicē: ⁊ accidet ei ex
grauedine attractio: ⁊ ex vētositate extensio ⁊ sentiet
ipsam. Et neruoꝝ quidē principiū ſm modū scituꝫ est
cerebrum: ⁊ illud ad qđ istoꝝ perueniunt extrema est
superficies cutis. Cū cute eni villi miscentᷣ minuti: ⁊ in
ipsa nerui partiuntᷣ: qui ei a mēbris que ipsi vicinātur
aduenitunt. Qđ vo cerebrū neruorum pncipiuꝫ existit
duobus est modis: qm̄ quorūdam eorum est principiū
ſm sui essentiam ⁊ aliorum est principiū mediante nu-
cha que currit ex eo. Ex neruis quidem qui a cerebro
egrediuntur non iuuantur membra in sentiendo ⁊ mo
uēdo nisi capitis ⁊ faciei mēbra ⁊ viscerum interiorū:
aliquando vo mēbra hec iuuamenta nō habent nisi a
neruis nuche. Et Gal'. qdem iam ostendit nobis solli-
citudineꝫ magnā que neruis a cerebro ad viscera de-
scēdentibꝰ est ꝓpria. Creator eni de eoꝝ munitiōe sol-
licitus aliter ipsos muniuit qꝫ alios neruos: ⁊ illud est
quoniā ꝓpterea qđ a principio elongati fuerunt opor
tuit vt sustentarentᷣ superflua affirmatione a musculis
fortibus qui eos tegāt vt pāniculi ⁊ a corpore cuiꝰ es-
sentia inter neruū ⁊ cartilagineꝫ est media simili ei qđ
corpori nerui accidit cū torquetᷣ. Et istud qdē est ex tri
bus locis quoꝝ vnus est apud epiglotū. Et scđs cum
ad costaꝝ radices veniūt. Et tertius cū pectoris locū
transeunt. Factū est auteꝫ vt alij nerui a cerebro pro-
gredientes in quibꝰ existit vtilitas in sentiēdo iuuamē-
tuꝫ pstare penetrarent a sui principio ſm rectitudineꝫ
ad mēbrū ad qđ dirigūtur: quoniā rectitudo ad id ad
qđ dirigitur: ꝓpinquiore deferetᷣ via: ⁊ illic ex hoc est
impssio que manet ex principio fortior: ⁊ ꝓpterea qđ

in neruis sensibilibus nō queritᷣ de duritie que fac̄ ne-
cessitatē elōgādi a suba cerebri cū circuitiōe: ꝓpterea
vt ad sui similitudinē in lenitate ordinatim elōgetᷣ quātū
in mēbris queritur motus: imo quāto plus fuerunt le-
uiores plus fuerūt virtutē sentiendi dantes. Sꝫ factuꝫ
est vt motiui ad id ad qđ dirigūtᷣ eant post circuitio-
nes in quibꝰ ipsi incedunt ꝓpterea vt a pricipio elon-
gentᷣ ⁊ in duritie ordinentᷣ. In vnoquoqꝫ etiā duoruꝫ
modoꝝ ad id qđ ex duritie ⁊ mollitie in ipso est neces-
sariū adiuuerūt ortū ipsoꝝ sube: plurimi nāqꝫ eoꝝ qui
sensuꝫ tribuūt ab añcessiōe oriuntᷣ cerebri. Et partꝭ q-
dē que est cerebri: añcessio est eēntia mollior. Et plu-
rimi eoꝝ qui motū pbēt a postremo oriuntᷣ cerebri. Et
partis q̄ est cerebri postremū eēntia ē magis spissa.

¶ De anathomia neruorum egredientium a cerebro ⁊
eorum vijs. Cap. 2ᵐ.

A Cerebro septē neruoꝝ paria oriuntᷣ. primi pa
ris pricipiū est ex fundo duoꝝ vētriculoꝝ ce
rebri antecedētiū apud duoꝝ additamētorū
vicinitatē mamillaꝝ extremitatibꝰ siliū qbus
fit odoratꝰ: ⁊ ipm qdē est paruū vētrē hñs. Et ille q a
sinistra oritᷣ dextratᷣ: ⁊ ille qui a dextra oritᷣ sinistratᷣ:
deide sibi sup sectionē cruceaꝫ obuiāt: postea ille q a
dextra oritᷣ ad pupillā dextrā penetrat: ⁊ q nascitᷣ a si-
nistra ad sinistrā pupillā: quoꝝ adeo dilatantᷣ orificia
donec humorē q vocatᷣ vitreus cōprehēdāt. Quidaꝫ
vo q nō est Gal'. dixit ꝙ ad sectionē cruceā sine refle-
xione penetrāt ⁊ dixerūt ꝙ in hac sectiōe tria existunt
iuuamēta. Unū est ppea ne spūs qui ad vnā currit pu
pillā ad alterā ire ꝓhibeatᷣ cū acciderit nocumētū: ⁊ ꝓ
pter hoc vnaqueqꝫ duaꝝ pupillaꝝ cū alter clauditur
oculus in vidēdo fit fortior ⁊ clarior qꝫ ipsamet esset si
altera intuēte intueretᷣ: ⁊ pp hoc foraminis vuei dila-
tatio augmētatᷣ cū alter clauditur oculus: ⁊ hoc qdem
est ꝓpterea ꝙ spūs vehementer vadit ad ipm. Scđm
vo est ꝓpterea vt duo oculi vnū habeant deferēs qđ
visui simulacrū eis afferat ⁊ ibi vniatᷣ ⁊ sit duobꝰ vidē
oculis vnū videre ꝓpterea ꝙ simulacrū i termio vnitᷣ
cōi: ideoqꝫ luscis accidit vt ex re vna videāt duas: cū
vna pupilla superius eleuatᷣ aut iferius dprimitᷣ ⁊ de-
struitᷣ rectitudo penetrationis foraminis ad sectioneꝫ
⁊ ad cōem terminū accidit terminus torture nerui. Et
tertiū est vt vnusqꝫ duoꝝ neruoꝝ ab alio sustentetᷣ
⁊ illi initatᷣ ⁊ fiant ac si ad pupillā ex ꝓpinquo venirēt.
Scđm autē pariū neruoꝝ a cerebro ꝓcedentium na-
scitur post ortū primi paris ⁊ ab eo ad syluestrē decli-
nat ⁊ a foramine qđ est in orbita que totū cōprehēdit
oculū egreditᷣ ⁊ i musculis partitᷣ oculi: ⁊ hoc qdē par
valde est grossuꝫ. Ideo vt eiꝰ grossities sue parificetur
mollitiei quā hēe debuit ꝓpterea ꝙ est circa pricipiū:
⁊ cōfortetᷣ in faciendo motū: ⁊ pcipue cū adiutorē non
habeat cū tertiū par sit cōuersuꝫ ad mouendū magnū
mēbrum qđ est mādibula inferior quare ei nō rema-
net superfluitas: imo adiutore alio a se indiget sic mo-
do referemus. Tertij vo paris origo est a termino cōi
inter antecessionem cerebri ⁊ ipsius postremū. s. ab ifi-
mo basis cerebri qđ primo cū quarto pari paulisp mi-
scetur:

ſceꝝ:deīnde ab eo ſeparaꝝ ⁊ in quatuoꝛ ramis ramifi-
caꝝ. Unus ramꝰ ab igreſſu egrediꝝ vene ſubethie quā
poſtea noiabimus ⁊ deſcendendo ſuꝑ ceruicem vadit
donec diaphꝛagma pertrāſeat ⁊ in viſceribus que ſūt
ſub diaphꝛagmate partiꝝ. Et ſecūde qdē ʒ partꝭ egreſ-
ſio eſt a foꝛamine qd̓ in oſſe exiſtit tīpoꝛis que cū egre
ditur cū neruo continuatur qui a quinto diuidiꝝ pari:
cuius mō noiabimus diſpōnem. Et ramus tertiꝰ in fo-
ramine deſcēdit a quo ſcd̓m egrediꝝ par:qm̄ ipſiꝰ dire
ctio eſt ad mēbꝛa in anterioꝛibꝰ faciei poſita. Et neqʒ
fuit cōueniens vt in penetratione pꝛimi paris ventreʒ
hn̄tis penetraret:qꝛ nobilioꝛi neruoꝝ coanguſtatio-
neʒ faceret ⁊ ipm̄ cōpꝛimeret ⁊ via cooperireꝝ. Et hec
qdē ꝑs cuʒ ſeꝑaꝝ in tres diſtribuiꝝ ſectiōes:quaꝝ vna
ad ꝑtē lachꝛymalis d̓clinat ⁊ vadit ad muſculos tim-
poꝝ ⁊ maſticātiū ⁊ ſuꝑcilij ⁊ frōtꝭ ⁊ palpebꝛe. Et ꝑs ſe-
cūda per foramē vadit apud oculos creatū ⁊ inde ad
naſi tēdit iteriorē ſuperficiē ⁊ in tunica ſpargiꝝ q̄ in ite
rioꝛibꝰ naſi eſt expanſa. Pars quoqʒ tertia eſt ꝑs non
ꝑua in ꝯcauitate deſcēdēs barbachi q̄ in oſſe maxille
eſt facta ⁊ duobꝰ ramificaꝝ ramis. Unus vadit ad ite-
rioꝛa ꝯcauitatꝭ oꝛis ⁊ in dentibꝰ ſpargiꝝ:ſʒ illd̓ qd̓ inde
ꝑtinet dētibꝰ eſt manifeſtū:qd̓ vͦo ide alijs ꝑtinet ē vi-
ſui ſic occultū ⁊ in gigiua ēt ſpargiꝝ ſuꝑioꝛe. Alter aūt
ramus in mēbꝛoꝝ ſpargiꝝ ſuꝑficiebꝰ q̄ ſūt ibi ſic cutis
maxille ⁊ extremitatꝭ naſi ⁊ labij ſuꝑioꝛis:he qdeʒ ſunt
ſectōes ꝑtis tertie paris tertij. Quartꝰ āt ramꝰ tertij pa
ris vadit penetrās a foꝛamie ſuo qd̓ in mādibula exi-
ſtit ſuꝑioꝛe ⁊ vadit ad liguā:⁊ in eiꝰ manifeſta diuidiꝝ
tunica ⁊ tribuit ei ſenſuʒ ꝓpꝛiū q eſt guſtꝰ:⁊ illd̓ qd̓ re-
manet in dētiū tecis iferioꝝ ⁊ in ipſoꝝ gigiuis diuidi-
tur:⁊ in labio iferioꝛi:ſʒ ꝑs q̄ ꝑuenit ad liguā ſubtilioꝛ
eſt qꝫ neruus oculi:qm̄ iſtiꝰ duritiē ⁊ illiꝰ mollitiē tem
perāt groſſities illiꝰ ⁊ ſubtilitas iſtiꝰ. Quarti vͦo paris
oꝛigo eſt poſt tertiū:ſʒ ad cerebꝛi baſim eſt magis d̓cli
nās:⁊ cū tertio quēadmodū diximus miſceꝝ deide ab
eo ſeꝑaꝝ ⁊ ad palatū vadit ⁊ dat ei ſenſum:qd̓ qdē eſt
ꝑuuʒ ſʒ eſt plus duꝝ qꝫ tertiū:qꝛ palatū ⁊ palati pāni-
culus durioꝛ eſt ligue pāniculo. Sʒ vnumqd̓qʒ paris
quinti ipar cū duobꝰ naſciꝝ medijs ſʒ dupli foꝛmam:
imo multi illoꝝ tenēt ꝙ vnūqd̓qʒ ipſiꝰ ipar eſt par cu-
ius qdē oꝛigo a duobꝰ eſt cerebꝛi lateribꝰ. Et ꝑs qdē
pꝛima cuiuſqʒ paris ipſiꝰ ad pāniculū vadit q in inte-
rioꝛibꝰ iſtrī auditꝰ eſt dilatatꝰ ⁊ in eo diuidiꝝ totꝰ. Et
huiꝰ qdē diuiſiōis oꝛigo ꝓculdubio eſt a parte cerebꝛi
poſterioꝛe:⁊ ꝑ ipſaʒ eſt audiēdi ſenſus:ſʒ ſcd̓a diuiſio
eſt maioꝛ pͥma. Ipſa nāqʒ egrediꝝ a foꝛamie qd̓ i oſſe
perfoꝛatū eſt petroſo. Et ipſe qdē eſt q vocaꝝ mono-
culus ⁊ cecus:ꝓpterea ꝙ multū toꝛquetur ⁊ eiꝰ vie in
obliquationibꝰ icedūt:iō qd̓ volūtas affuit ꝓlōgandi
ſpatiū vt eiꝰ finis a pͥncipio remoueretꝝ:ꝓpterea neruꝰ
anteqꝫ ide egredereꝝ a pꝛicipio eēt lōginqus iō vt du
rities ei ide acqrereꝝ. Cūqʒ egrediꝝ cū neruis tertij pa
ris miſceꝝ:quoꝝ plurimi ad maxillā ⁊ ad palati vadūt
muſculū:⁊ qd̓ remanet ad muſculos ꝓtēdiꝝ timpoꝛuʒ.
Guſtꝰ āt in quarto creatꝰ fuit neruo:⁊ auditꝰ in qnto:
qm̄ inſtrō auditꝰ fuit necīuʒ vt eēt diſcooꝑtū ne aeris
via ad ipm̄ clauſa foꝛet:⁊ inſtrō guſtus fuit necium vt
eēt minutū:ꝑpea opoꝛtuit vt nerui auditꝰ eēnt durio-
res. Et iō oꝛigo cerebꝛi eoꝝ poſtremo fuit ꝓpinqoꝛ:⁊
neqʒ oculi muſculis vnus ſuffic̄ neruus:⁊ muſculoꝛuʒ
timpoꝝ nerui multiplicati fuerūt:niſi qꝛ foꝛamini ocu
li multa necia fuit amplitudo:ꝑpea ꝙ neruus virtutē
afferēs viſus multa idiguit groſſitudie:iō qꝛ ei necīuʒ
fuit vētrē hr̄e:nō ergo os qd̓ ad cōpꝛehēdēdū oculuʒ
eſt ꝑfoꝛatū multa foꝛamia tolerare potuit. Timpoꝛis
vͦo neruis multa fuit durities necia:ſʒ groſſitudie mul
ta nō idiguere:imo groſſitudo eēt faciēs motꝰ difficul
tatē:⁊ ēt egreſſio quā in oſſe duro petroſo hn̄t pōt fo-
ramina tolerare multa. Par vͦo ſextū a poſtremo oꝛiꝝ
cerebꝛi cū qnto ꝯtinuū:⁊ cū eo pāniculis ⁊ ligamentis
ligatū:ac ſi eēt vnus neruus:deide ſeꝑaꝝ ab eo ⁊ egre
diꝝ a foꝛamie qd̓ eſt in extremitate adoꝛē qd̓ laude ſi-
milaꝝ. Et ipm̄ qdē anteqꝫ egreſſum eēt iā in tres diui-
ſuʒ fuit ꝑtes que oēs ſil̓ ad h̄ egrediūꝝ foꝛamie. Una
eaꝝ ad gule muſculos ſuo ꝓtēdiꝝ itinere ⁊ ad ligue ra-
dicē:ꝓpterea vt par ſeptimuʒ in ipſoꝝ adiuuet motu.
Et ꝑs ſcd̓a ad muſculos deſcendit ſpatule:⁊ eiꝰ qd̓ eſt
circa eā:⁊ ipſiꝰ pl̓ꝛm in muſculo ſpargiꝝ lato q eſt ſuper
ſpatulaʒ:⁊ hec qdē ꝑs eſt magne qꝫtitatis ⁊ ſuſpēſa pe
netrat donec ꝑueniat ad qd̓ dirigiꝝ. Pars vͦo tertia q̄
maioꝛ eſt ex tribꝰ ꝑtibꝰ ad viſcera deſcēdit in aſcēſione
vene ſubethi ⁊ eſt illi annexa ⁊ cū ea ligata ex qua cum
rectitudie eſt epiglotis:ſeparanꝝ rami q ad muſculos
veniūt epiglotales:quoꝝ capita ſūt ad ſuꝑioꝛa q epi-
gloti ⁊ ipſiꝰ eleuāt cartilagines. Cūqʒ epiglotē ꝑtran-
ſeūt ex eis aſcēdūt rami q ad muſculos vadunt capita
ad iferioꝛa hn̄tes:⁊ ipſi ſūt q ad cymbalarē claudēdā
⁊ aperiēdā ſunt neceſſarij cū ad iferioꝛa trahere neceſ
ſariū eſt:⁊ ꝑꝑ hoc vocanꝝ nerui retro redeuntes. Hic
aūt neruus retro rediēs non egreſſus fuit a cerebꝛo ⁊
nō a nucha:niſi pꝛopterea qd̓ ſi a nucha aſcēderēt ab
ipſoꝝ pꝛincipio ſubirent trāſuerſi ⁊ nō recti:⁊ ad infe-
rioꝛa attractio cū eis nō ꝓueniret ſm̄ actionē decētē.
Et ipſi qdē nō de ſexto pari creati fuerūt:niſi ꝑpea ꝙ
illud qd̓ ex neruis eſt molle aut molli vicinū. ſ. illud qd̓
fuit ex eis anteqꝫ ſextū iā in muſculis faciei ⁊ capitis:⁊
in eo ꝙ in eius fuit diuiſuʒ:⁊ ſeptimū ēt nō ſm̄ rectitu
dinē deſcēderet quēadmodū ſextū deſcēdit:imo pꝛo-
culdubio trāſuerſitas eos comitareꝝ:⁊ ꝓpterea ꝙ illd̓
qd̓ aſcendit ⁊ redit qn̄qʒ indiget re firma cui initaꝝ ad
ſil̓itudinē girgilli vt ſuꝑ ipſaʒ reuoluaꝝ aſcendēs:⁊ ex
ea adiuueꝝ vt ſit ſitꝰ durus ⁊ foꝛtis ⁊ leuis ⁊ iuxtapoſi
tus nō fuit ibi ad h̄ idoneū ſicut arteria maioꝛ. Et illd̓
qd̓ ex iſtis ramis a ſiniſtra aſcēdit hāc iuenit arteriam
ipſa recta ⁊ groſſa:ergo ſuꝑ eā reflectiꝝ nō multa indi
gens firmitudie. A dextra vͦo aſcēdēti h̄ nō vicinaꝝ ar
teria ad modū pꝛimi:ſʒ vicinaꝝ ei poſtqꝫ iaʒ accidit ei
ꝑuitas ꝑꝑ ramoꝝ diuiſionē qui iā ex eo egreſſi fuerūt:
cui ēt iā defuit rectitudo in ſitu:qꝛ tranſuerſatꝰ fuit ad
aſcellā declinādo:fuit ergo necīuʒ vt ipſi re aliq̄ affir-
marenꝝ cui initerenꝝ cū ligamētis in qbꝰ rami ſtringe-
renꝝ:iō vt ꝑ ipſos illud qd̓ defuit ex rectitudie groſſi-
tie in ſitu coꝛrigereꝝ. Et ſapiētia qdeʒ in hos redeūtes

ramos elõgando est vt talis qualis ē hec suspēsio ꝓxi mi fiāt: ⁊ ꝑꝑ elõgationē a principio fortitudinē hēant ⁊ duritiē. Ex neruis autem redeūtibꝰ fortior ē ille q in duabꝰ musculoꝝ epiglotis spargiẜ tunicis cū aliīs ner uoꝝ adiuuātiū ramis: postea illō qð ex h remanet ner uo descēdit a quo rami sepanẜ q in pāniculis spargū- tur diaphragmatis ⁊ pectoris: ⁊ in musculis ipsius ⁊ in corde ⁊ in pulmone ⁊ in venis ⁊ in arteriīs q̄ ibi sūt. Il lud vō qð remanet penetrat ĩ diaphragma: ⁊ associaẜ ei qð ex ꝑte tertia descendit: ⁊ in pāniculis spargiẜ vi- sceꝝ ⁊ ꝑuenit ad os latū. Septimi āt paris origo est a termino cōi q est iter cerebrū ⁊ nuchā cuiꝰ plīm incedit se in musculis spargēdo liguā mouētibꝰ: ⁊ in musculis inter peltalem ⁊ os laude cōibus: ⁊ est cuꝫ ipsius resi- duū in aliīs spargitur musculis qui huic musculo sunt vicini: nō tū semꝑ est istud: ⁊ ꝓpterea ꝙ aliī nerui ad alias reducti fuerūt necessitates: ⁊ neq̄ꝫ fuit bonum vt foramina in anterioribꝰ neq̄ꝫ in inferioribꝰ multiplica renẜ: fuit meliꝰ vt ad lingue motū neruus ab hoc loco veniret: qꝛ ipsius sensus iam ei ab alio venit loco.

¶ De anathoꝰ neruoꝝ nuche ⁊ colli ⁊ꝰ viīs eoꝝ. Ca. 3m.

⁋ Sed hic est pmo dubitatio vtruȝ virtus que generat sperma in viris ꝛ mulierib⁹ sit virtus generatiua. Et arguit ꝙ nō: q2 illa virtus est gñatiua que est factiua forme gñati: sed talis virtus nō est hmōi: ḡ ꝛc. maior appet: q2 sic ex hoc dr̄ virtus gñatiua que est factiua forme gñati sicut dr̄ nutritiua que est factiua forme nutriti. minor declarat qm̄ hec virtus in nobis est. mō nihil seipsuȝ gñat ꝛ tñ seipm nutrit ſm Aristo. in de gnōne aīaliū cap. p̊ ꝛ 4°. Item illa virtus non est gñatiua que est spēs nutritiue virtutis: illa est hmōi: ḡ ꝛc. maior apparet qm̄ virt⁹ gñatiua ꝛ nutritiua differūt. minor declarat: qm̄ sicut obȝ virtutis nutritiue est sanguis: sic ēt est obm virtutis gñatiue. hoc ēt arguit ꝙ nullus alius auctor de hoc fecit mentionē. ⁋ In ꝯriū est Auicē. ⁋ Ad hoc dōm est ꝙ virtus que gñat spma in viris ꝛ mulierib⁹ est virt⁹ gñatiua. Et rō huius est: q2 illa virt⁹ est gñatiua que est factiua forme gñati: sed talis virt⁹ est hmōi: ḡ ꝛc. maior nō est. mīor declarat sic. Suppono vnū vt pnᵐ ꝙ aliquib⁹ mouētib⁹ existētib⁹ essentialiter ordinatis pmū mouēs plus facit ad effectū ꝙ̄ scōm: ꝛ cā huius est q2 zᵐ nō facit ad effectū nisi virtute sibi influente a pmo: sed virt⁹ gñatiua que est in spermate est zᵐ mouens ad gñatū: virtus aūt gñatiua spermatis est pmū ad illđ mouēs: iō ꝛc. Itē illā virtutē opȝ ponē in hoie ꝓcedere ab aīa ipsius per quā aīa ꝯseruat indiuiduū quātuȝ ad esse specificū: sed hec virtus est hmōi: ḡ ꝛc. maior apparet qm̄ hec est differentia inter aīalia perfecta ꝛ iperfecta que ex putrefactione generant: qm̄ perfecta aīalia virtutē hñt per quā cōseruant quantū ad esse specificū. iperfecta aūt nō. homo aūt iter alia perfectus est. minor declarat: sic enī per hāc virtutē ꝯseruatur indiuiduū quantū ad esse specificū sicut per nutrimentū ꝯseruat q̄tuȝ ad esse indiuiduale. ⁋ Ad rōnes. Ad pmam: illa virt⁹ ꝛc. ꝯcedat. ad mi. falsum est. tu ꝓbas q2 est in nobis. verū est: ꝛ ideo ipsa nō est mouēs vltimū ad generatum: sed primū vt visum est. ⁋ Ad scōam: illa virt⁹ que est species nutritiue ꝛc. ꝯcedat ad mi. falsum, ad ꝓbatū dōm ꝙ san. vt est vtriusq; obiectuȝ est diuersificatus ſm

ficatus ſm formam. Nam obiectum nutritiue virtutis exiſtens eſt neceſſariū mēbris: exiſtēs aūt obtuz virtutis gn̄atiue eſt ſuperfluus illis. ⁋ Ad aliud dicēdū ꝙ auctores in hoc fuerunt defectiui.

Dub^m 16^m

¶ Scd̄o eſt dubitatio vtrū in mulierib⁹ ſit virt⁹ gn̄atiua ſpmatis. Et vr̄ ꝙ nō: q2 ſi ita eēt tūc ſequeret̄ ꝙ mulier in gn̄one ſe hr̄et ratione agētis pricipalis: qd̄ eſt falſuz ſm Ariſto. in p̄ de gn̄one aīa. ca.2.⁊.20.⁊.4.ca.1. Jdeo ⁊c̄. quā declarat qm̄ ſpma eſt p̄n^m effectiuū gn̄onis vt apparuit ſupra ca. de mēbris. Jtē qd̄ eſt obūbratuz ⁊ occaſionatū reſpectu viri nō h3 virtutē gn̄atiuaz ſpmat̄: ſed mulier eſt hmōi: iō ⁊c̄. maior appet qm̄ virt⁹ que ꝯſeruat īdiuiduū in eē ſpecifico nō eſt niſi in aīalib⁹ ꝑfectis. mior appet per Ar̄. in 2° de gn̄one aīaliū ca.3.⁊.1.ca.2.⁊.9. de hyſtorijs. ca.1. Jtē in q̄ eſt virtus factiua gn̄onis materie in eo nō eſt virtus factiua gn̄onis agētis. ſ. ſpermatis: ſ3 in muliere eſt virt⁹ illa: q2 virt⁹ factiua menſtrui vt oēs cōcedūt. iō ⁊c̄. ⁋ Jn ꝯriū eſt Aui. ¶ Juxta qd̄ eſt ītelligēdū ꝙ Ar̄. nullā ponit dr̄iaz īter mēſtruū mulieꝝ ⁊ ſperma ipſi⁹: qm̄ mēſtruū ip3 ꝓportionale erit ſpermati in viris: ⁊ iō ip3 ſpma mulieris vocauit. 2. de gn̄one aīaliū. c.3. Q2 āt ſit illi ꝓportionale declat̄ per plura ſigna. 1. de gn̄one aīaliū ca.19. Unū ē: q2 eodē tēpore vr̄ fieri emiſſio ſpermatis in viris ⁊ mēſtruū in mulierib⁹: vl̄ in mulierib⁹ vt circa .14. annū. Aliud eſt: q2 ſic̄ in viris macris plus multiplicat̄ ſpma q̄ʒ in piguib⁹: ſic in mulierib⁹ macris plus multiplicat̄ mēſtruū q̄ʒ in pinguib⁹. Aliud eſt: q2 ſic̄ in emiſſiōe ſpmat̄ in viris īcipiūt pili naſci circa īferiores ꝑtes: ſic ēt cōtigit in mulierib⁹ in emiſſiōe mēſtrui. Aliō eſt: q2 ſic̄ in viris accidit īgroſſatio vocis in emiſſione ſpmatis: ſic in mulierib⁹ in emiſſione menſtrui. Attamē l3 h̄ ponat Ar̄. nō tn̄ negaret ꝙ in mēſtruo eēt q̄daz pars mag̃ aſſimilata ſpmati in colore que īperfecta eſt reſpectu alia⁊ partiū qd̄ ꝓbat ex pluribus. Prio. q2 illa nō eſt gn̄onis mā: vn̄ in coitu in quo gn̄atio fit aliqn̄ nō emittit̄. Scd̄o. q2 illaz talem ꝑtē mēſtrui aliqualr̄ dealbatā nō emittūt oēs mulieres: q2 nō nigre ſed ſolum albe. Tertio. q2 dicit ipſe nō emittit̄ talis h̄ūiditas niſi qn̄ matrix famelica eſt in coitu: ſic̄ ēt eſt cū aliqs famelic⁹ ſaliuam emittit. Et cū arguit̄ ꝯ eū ꝙ ſit mā gn̄onis: q2 cū delectatiōe emittit̄. Rn̄det ꝙ d̄lectatio nō ꝯtigit in coitu ex illi⁹ emiſſiōe: ſ3 q2 cū matrix ſit multū famelica fit attractio multo⁊ ſpirituū ⁊ ēt caloris ad ipſaz: vn̄ tūc delectatio accidit: ⁊ eſt ſile ſic̄ ēt videmus ꝙ pueri an̄q̄ʒ ſpermatizēt ſi cū mulierib⁹ accūbent delectant̄. Nam delectatio illa eis nō ꝯtingit tūc niſi ꝑꝑ multā attractionez ſpirituuz ad genitalia loca. Un̄ dd̄m eſt ꝙ virt⁹ dicet̄ gn̄atiua ſpmatis duplr̄. Uno° gn̄atiua ſpermatis factiui gn̄onis ⁊ h̄ in mulieribus nō eſt ſed in viris. Alio° gn̄atiua ei⁹ qd̄ ſpmati ē ꝓportionale ⁊ h̄ eſt in mulierib⁹. ⁋ Ad rōnes facte in ꝯriū arguūt de v̄tute gn̄atiua q̄ eſt ſpmat̄ factiui gn̄onis gn̄atiua. ⁋ Ulteri⁹ eſt ītelligēduz ꝙ virt⁹ īmutatiua diuidit virtutes h̄ ē formas mēbro⁊ q̄ ſūt in ſpermate: ⁊ ꝑmiſcet mām vt illā preparet ad membro⁊ formas.

Dub^m 17^m

¶ Et hic eſt dubitatio. Cū ſm Ariſt. ⁊ ēt veritatē ſperma ſit ſilium partiū: nō vr̄ ꝙ ab eo poſſint diuerſa mēbra ꝓuenire: q2 ad vnum inquātū vnū nō fit niſi vnū: mō ſpma ipm̄ vnū eſt. iō ⁊c̄. ⁋ Dd̄m ꝙ a ſpermate diuerſa mēbra ꝓuenire pn̄t. Et rō hui⁹ eſt: q2 ab eo qd̄ eſt vnū in actu plura: tn̄ in potētia pn̄t diuerſa ꝓuenire: ſed ſpma eſt vnū in actu: plura aūt in po^a. iō ⁊c̄. maior nota eſt: q2 vnūqd̄q̄ʒ agit per formā que eſt in ipſo. mior declat̄: qm̄ ſpma a gn̄ante deciſuz eſt ſicut ꝓles mācipata ſm Ar̄. in 2° de gn̄one aīaliū ca.4. vn̄ ſicut ꝓles mācipata abſq̄ʒ patre ꝯſtituit ſibi domū ⁊ neceſſaria ſic etiā facit ſpma abſq̄ʒ gn̄ante. ⁋ S3 nūc accidit dubitatio vna non modica: nā cū aliqd exn̄s plura in potētia non poſſit facere plura diuerſa in actu niſi ibi ſit qd̄dā diſtīguēs: querit̄ qd̄ ſit illō diſtinguēs qn̄ ſpma cōſtituit plura mēbra diuerſa. Rn̄dēt aliq ꝙ illō ē cor. ſ3 iſti nō ſoluūt ad q̄ōnē: q2 adhuc remanet dubitatio ſic̄ pri⁹: q2 cū cor ſit ēt plura mēbra in po^a querit̄ qd̄ ſit diſtīguēs qn̄ gn̄at plura mēbra diuerſa actu. ⁋ Et iō dico aliter. Juxta qd̄ eſt intelligēdū ꝙ in ſpmate hois ſit duplex īmutatio in mā. Una eſt īmutatio ad cōplōnē abſolute. ⁊ hec īmutatio fit a virtute īmutatiua attributa ſpmati ab aīa particulari que eſt in corde gn̄ant̄. Et rō h⁹ eſt: q2 illud qd̄ dat alicui cōplōnē: pōt ēt dare virtutē ei qua īmutet ad cōplōnē: ſed aīa exn̄s in corde gn̄antis dat ſpermati cōplōnē. ideo ēt illi dat virtutē qua īmutabit cōplōnē abſolute ſic̄ īſpiſſando digerēdo mollificādo mām ex qua debēt mēbra fieri vt ꝑparet̄ ad formā mēbro⁊ recipiēdā. Alia eſt īmutatio a ſpermate ad cōplōnē talē vel talē: q2 determiato⁊ mēbro⁊ ſic̄ oſſis nerui ⁊ alio⁊ mēbro⁊ ſiliuz illis ꝑſtādo formas ꝓprias. ⁊ hec īmutatio fit a virtute īformatiua. ⁊ cā huius eſt: qm̄ aliqua opatio ordiata in aliquē finez agēs eſt menſura determinata: op3 ꝙ illa fiat ab aliq̄ arte cognoſcente: cū ḡ talis īmutatio ſit hmōi egebit fieri ab aliq̄ arte cognoſcēte: tale aūt eſt virt⁹ īformatiua: ſed que ſit iſta v̄tus ſtatim dicet̄. ⁋ Sed tu dices hoc qd̄ dcm̄ eſt videt̄ ꝯriū Auicē. qm̄ iſte ponit ꝙ virtus īmutatiua diuidat virtutes que ſunt in ſpmate: mō ſi ſic eſt: ḡ ipſa īmutabit ad cōplōnē ꝓpriaz. Dd̄m ꝙ ſi Aui. ſimplr̄ intellexit nō bene dixit. poſſumus tn̄ ipſum ſaluare dicendo ꝙ virt⁹ īmutatiua diuidit virtutes que ſūt in ſpmate. ſ. inſtrāliter īmutādo ad cōplōnez abſolute: ſ3 pricipalr̄ h̄ facit virt⁹ īmutatiua īmutādo ad cōplōnem ꝓpriaz. ⁋ Ad rōnem qn̄ dubitat̄ ab vno inquantum vnum ⁊c̄. verum eſt: tamen q2 ſperma actu vnuz eſt ⁊ plura potentia poſſunt ab ipſo plura diuerſa procedere.

Dub^m 18^m

¶ Circa 2^{am} ꝑtez eſt dubitatio de iſta virtute īformatiua qd ſit q̄ agit ꝑcepto dei. Aliq enī dicūt ꝙ iſta eſt idolū paternum qd̄ eſt in ſpmate hn̄s in ſe formas oīuz mēbro⁊ gn̄antis. Aliq ponūt ꝙ ipa ſit ſic̄ qd̄dā cal3 celeſte ſpmati īmerſuz. ⁋ Omiſſis tn̄ alio⁊ opionib⁹. dico qd̄ mihi videt̄ eē ⁊ cōſonū dr̄ Ariſt. Juxta qd̄ eſt ītelligēdū in fine quarti metheoro⁊. ēt iſtis gn̄onib⁹ ⁊ corruptionibus duplex eſt agēs. Unū eſt ꝑparās mā3 actiue vt calidū ⁊ friduz: vel paſſiue vt humidū ⁊ ſiccū: ⁊ ab iſto ꝓueniūt .18. modi ꝑparationis materie poſitiui: ⁊ .18. priuatiui: vt ponit ibi Ariſto. Aliō eſt agens inducēs formā ⁊ neceſſariuz fuit ponere illō agēs ſcd̄3 ꝑꝑ plura. Prio cū modi ꝑparatiōis materie ſint ſolū .18. modi aūt inducētes formā ſunt multo plures: oportuit vt ꝑter agēs ꝑparās mā3 eēt aliō agēs īducēs modos for^ʳ i materijs ꝑpat̄. Scd̄o. nā mā q̄rit̄ ꝑ formā: forma aūt eſt determiate quātitatis ⁊ mēſure. ⁊ iō q2 ipa erit in mā ītroducenda ſub determiata quātitate ⁊ menſura oportuit ponere aliqd̄ agens qd̄ eſſet illi⁹ q̄ʒtitatē ⁊ mēſurā cognoſcēs. modo tale nō agens ꝑparās mām̄: q2 illud cognoſcens non eſt: ⁊ ideo op3 ponere aliud agēs qd̄ hr̄et cognoſcere illā: ⁊ illō eſt agēs īducens formā qd̄ agit ꝑ ītellectū ⁊ cognitionē. in h̄ enī oēs ſequētes Ariſt. cū ipſo in hoc ꝯcordati ſūt. ⁋ S3 qdā ab ipſo vlteri⁹ diſcordati ſunt de iſto agēte ꝑ ītellectū qd ſit. nā Aui. ponit tale eē quādā ītelligentiā decimā: ⁊ ēt locutus fuit beſtialr̄ ponens ꝙ iſta generat formā: deide ipſam ꝑbet materie īferiori. Et in h̄ quātū ad vnū cōcordat⁹ eſt Themiſtius cū Aui. ponūt eni3 in aīalib⁹ q̄ ex putrefactiōe gn̄ant̄ tale agēs ꝑ ītellectū īductiuū forme eē ēt illā ītelligentiā decimā. ⁊ hoc coact⁹ fuit ponere qn̄ neſciuit videre qd eēt illud qd̄ ꝑberet formā talib⁹ aīalib⁹ cū ex ſemie nō generant̄. ⁋ S3 opio Aui. falſa eſt ꝑꝑ duo. Prio. q2 ponit quādā ītelligētiaz decimā cām gn̄abiliū ⁊ corruptibiliū qd̄ eſt ꝯ pricipia Ariſt. q poſuit ſolū eē nouē. Scd̄o. q2 ipſe videt̄ ponē formā quā facit ītelligentia ex nihilo fieri. qd̄ eſt ēt ꝯ Ariſt. ꝙ nūq̄ʒ ex nihilo poſſit fieri aliqd. Rō eſt iſta: oē ens qd̄ formalr̄ exit prius potuit eſſe: ſed non potuit eē niſi per potētiā paſſiuā: ſed talis eſt attributa materie: ideo ⁊c̄. ⁋ Etiā Themiſtius falſuz dixit. imaginat⁹ eni fuit ꝙ ſemē ipm̄ aīalib⁹ ꝑberet formā qd̄ eſt falſuz vt ſtatiz apparebit. ⁋ Dico igit̄ ꝙ in entib⁹ nālib⁹ op3 ponere qd̄dā agēs per ītellectuz qd̄ eſt forme īductiuū limitās agēs ꝑparans mām̄. Et cā huius eſt: q2 ſic̄ ꝯtingit in arte: ſic in nā nō poſſumus iſta aliter ꝓbare: ſ3 in arte videmus ꝙ eſt ibi aliqd̄ agēs per ītellectuz limitās agens ꝑparans mām̄ ſic̄. v̄.g. in arte fabrili appet. Nā in fabro eſt ars quedam cognoſcitiua limitās ⁊ mēſurans agens preparās mām̄ ſicut ignez aquā ⁊ ſilia: vt ex mā preparata. ſ. ex ferro ꝑparato ꝑ ignē aquaz ⁊ malleationē poſſit īduci forma quā ītendit ſicut cultelli vel alicuius alteri⁹: ſic igit̄ ēt erit in nā. ſ. agens aliqd̄ per ītell̄m limitās agēs ꝑparans mām̄: ⁊ totū corpus celeſte cōpoſituz ex oīb⁹ qd̄ q̄dē hoc efficit īſtr̄alr̄ per motū ⁊ lumē pricipalr̄ per ītelligētias q̄ in eo ſunt in qb⁹ recepta eſt ars que in celo: que q̄dē ars factiua ē oīs forme inferioris vel īferius exn̄tis. vn̄ dicebat Auer. 12. meta. cō.18. ꝙ natura nō operat̄ niſi reminiſcens ex ſuperioribus cauſis diuinioribus⁹. Et dicit ibi Albertus ꝙ ītelligētie ſunt artes q̄daz factiue cū cognitione vt iſta īferiora operātur. dicūtur autez ſpeculatiue inquātuz nos de eis ſpeculamur. Et ēt dicebat Ari. in 2° de gn̄one aīalium ca.3. ꝙ calidū ſpermatis gn̄atiuuz eſt vt ſe vergit ad ſimilitudinem corporis celeſtis: etenim illi cōparatuz vt īſtrumētum: ſic igitur declarata eſt iſta virtus īformatiua que formas in membris efficit ex precepto ſui creatoris.

Dub^m 19^m

¶ Poſtea eſt dubitatio Aui. ꝙ virt⁹ īformatiua dat mēbris q̄ʒtitatē. Cōtra qd̄ mēbris dat ſiāz ēt illis dat q̄ʒtitatē: ſ3 v̄t⁹ īmutatiua dat mēbris ſiāz abſolute vt viſuz eſt. iō ⁊c̄. ⁋ Ad h̄ dd̄m ē ꝙ quātitas pōt ſumi duplr̄. Uno mō ſm ſe: ⁊ vt ſic dat̄ mēbris a virtute īmutatiua. Alio mō vt eſt determinata per formā: ⁊ vt ſic dat̄ mēbris a virtute īformatiua. primo mō ꝓcedit argumentum.

Du^m 20^m

¶ Ulteri⁹ eſt dubitatio vtrū ſpma ſit aīatuz. Et vr̄ ꝙ nō: qm̄ aīa in eo nō eſt in actu ſ3 in potētia. ⁋ Jn ꝯriū arguit̄: q2 in eo eſt aīa ⁊ ꝑ ꝯn̄s aīatuz qd̄ īmutat eſt aīatū: qm̄ īmutatio eſt operatio aīe: ſed ſperma eſt hmōi vt notum eſt. iō ⁊c̄. ⁋ Dd̄m ꝙ ſpma pōt ſumi 2^r. Uno° vt eſt in gn̄ante: ⁊ vt ſic in calido ipſi⁹ eſt aīa formalr̄. ⁊ rō hui⁹: q2 in ſpū illo vel calō eſt aīa formalr̄ ꝑ qd̄ aīa formalr̄ opat̄: hoc eni mō ītelligimus ſpm̄ eē vehiculū virtutis nō ꝙ aīa det illi virtutē ⁊ illā deferat ad mēbra: ſed dr̄ virtut̄ vehiculū qm̄ aīa ipa nō eſt in opōne potēs niſi ꝑ ſpm̄: ⁊ vt ſic anima virt⁹ eſt: ſ3 ſpūs in

ſpmate exñs vt eſt in corde gñanti eſt hmõi.iõ ꝛc̃. Alio⁹ põt ſumi ſpma vt deciſuʒ eſt a gñante: ꝛ eſt in mulierꝫ matrice: ꝛ vt ſic aĩa eſt in ipſo iſtr̃al'r: hʒ.n. ſpma a gñante deciſuʒ modũ quedã cõplõnis a corde gñanti ꝑ quẽ cõparat̃ ꝑncipali agẽti: puta corpi ſupceleſti ſic̃ inſtr̃m qõdã. Nã ſicut cor ipm opõnes non facit niſi ẽt regulatũ ſit ab vniuerſali agente.ſ.a corpore celeſti: ſic ẽt qñ cor alicui dat modũ cõplõnis talez modũ cõplõnis dat ei ꝙ per ipʒ vniuerſali agenti vt inſtr̃m cõparatur ꝛc̃. Deinde cum dicit.

¶ **Et huic quidem virtuti miniſtrantes ſunt que rẽ nutrimenti miniſtrant ad ſpeciem cuſtodiendam ꝛ ſunt virtus nutritiua ꝛ creſcitiua.**

¶ In parte iſta poſtꝗ̃ Auicen. determinauit virtutes miniſtratas abſolute notificat comparatiue.

¶ De virtutib⁹ naturalibus miniſtrantib⁹. Cap. 3^m.

VIrtutes võ naturales que miniſtrãt tm̃ virtuti nutritiue ſunt miniſtrantes que ſunt quatuor virtutes: attractiua: retẽtiua: digeſtiua: ꝛ expulſiua.

¶ Poſtꝗ̃ Aui. determinauit de virtutib⁹ nãlib⁹ miniſtratis: in parte iſta determinat de miniſtrãtib⁹. Et p̊ ponit numeꝝ eaꝝ. Scd̃o de eis exequit̃. ſecũda ibi (Attractiua.) ¶ Circa primã partẽ eſt itelligendũ ꝙ dictio illa tm̃ põt cõponi cũ hoc ꝙ nutritiue virtuti: et tunc eſt ſenſus: virtutes nãles que miniſtrãt ſoluz ipſi virtuti nutritiue ꝛ nõ alteri virtuti. Põt ꝛ cõponi cũ hoc qδ dicit miniſtrãt: ꝛ tunc eſt ſenſus ꝙ iſte virtutes ſunt ſolũ miniſtrantes: ꝛ ſm̃ hoc põt dupliciter exponi: ꝛ vtraqʒ expoſitio tolerari prima ꝛ ſecunda. ¶ Iuxta qδ eſt intelligẽdũ ꝙ iſte virtutes poſſunt conſiderari dupl'r. Uno mõ vt ſimul ſumunt̃: ꝛ vt ſic ſunt tm̃ miniſtrãtes. nulla enim virtus eos ꝑcedit que illis miniſtrat. Alio mõ vt ſumunt̃ adinuicẽ vnam alteri cõparando: ꝛ vt ſic nõ ſunt miniſtrantes tm̃ ſed miniſtrãte. Nã attractio miniſtrat retẽtiue ꝛ retẽtiua digeſtiue ꝛ digeſtiua quodãmõ expulſiue ꝑparando qδ expelli dʒ. Etiam prima expoſitio põt ſaluari: vnde ſciẽduʒ ꝙ iſte virtutes poſſunt conſiderari dupliciter. Uno modo vt referuntur ad id in qδ ordinatur imediate: ꝛ vt ſic miniſtrant ſoluʒ nutritiue: in illa enĩ imediate ordinantur. Alio mõ vt referuntur ad id in qδ ordinant̃ mediate: ꝛ vt ſic ſeruiunt alijs virtutibus.ſ. augmẽtatiue ꝛ generatiue inquantum id preparant qδ eſt earum obiectũ: attamẽ hic eſt imediate nutritiua ſaltem vt miniſtrant augmentatiue.

Dub^m p^m. ¶ Sed nũc dubitãt aliqui vtrũ he virtutes miniſtrent virtuti generatiue que eſt in ſpermate deciſo a generãte. bene enim videt̃ ꝙ ipſe miniſtrant virtuti generatiue que gñat ſperma in viris ꝛ feminis: quoniaʒ ꝑparant ſanguinẽ qui eſt mã ſpermatis. ¶ Iuxta qδ eſt ſciẽdũ ꝙ iſte q̃tuor virtutes in nobis ſunt ꝛ in ſpmate equoce. nam virtutes he in nobis ſunt in actu: qꝛ in nobis eſt aĩa in actu a qua ꝓcedũt: ſed in ſpermate ſunt in potentia ꝛ inſtr̃al'r: vt cuʒ attrahit mẽſtruuʒ vel retinet vel qd aliud agit: eſt enim vt ſic anime inſtrumentum cui anime attributa eſt virtus informatiua a corpore celeſti tanꝗ̃ a primo cognoſcente.

Dub^m 2^m. ¶ Sʒ eſt dubitatio vtrum preter iſtas quatuor virtutes ſit ponere virtutẽ qntaʒ que vocat̃ diſcretiua. Et videt̃ p̊ ꝙ ſic aucto. Auer. 2° colliget. ca. 7. ꝛ. 9. ibi ponit ꝙ q̃dam virtus diſcretiua cõueniẽtis ab incõuenienti. Idẽ etiã ponit in 3°. c. 16. de accñtib⁹ ſtõchi. vbi dicit ꝙ Gal'. hãc virtutẽ non cognouit. hoc etiã arguit̃ auct̃. Auic. 4. cañ. ca. de cura emitritei. ibi enĩ dicit ꝙ ſi in cura illi⁹ feb. offerat̃ ptiſana cũ pipere: qꝛ hoc eſt bonũ medicamẽ: ſicut etiã ponit Gal'. qm̃ natura inter illos diſcernit ꝛ vtit̃ pipere ad digeſtionem materie morbi ꝛ ptiſana ad nutricationẽ. Idẽ etiã ponit Auic. 2° cañ. cap̃. de lacte. de diſcretiua virtute. ¶ Itẽ hoc arguit̃ rõne ſi ẽ inuenire quẽdam actũ diſtinctũ ab alijs actib⁹ iſtaꝝ quatuor v̓tutuʒ: opʒ ponere virtutem aliã preter iſtas qꝛ diſcretiua: ſed ita eſt ideo ꝛc̃. maior nota eſt: qm̃ operatio a virtute ꝓcedit. minor d̃clarat̃. qꝛ inuenitur actus ille qui eſt diſcretio cõuenientis ab inconuenienti. mõ iſte actus neqʒ eſt digerere neqʒ attrahere neqʒ retinere neqʒ expellere. ¶ In ꝯrium eſt Aui. hic ꝛ Gal'. 3° de virtutib⁹ nãlibus. ca. 6. ꝛ 2° de accñti ꝛ morbo ca. 1. ¶ Ad hoc rñdent aliqui ſaluãtes Auer. ꝛ dicunt ꝙ eſt dare virtutẽ diſcretiuã. moti hac ratione qñ aliqd debet attrahere actu diſcretum: opʒ ꝙ pri⁹ ſit aliquid actu diſtinguens illud qδ dʒ attrahi: aliter eniʒ nõ poſſet attrahi diſtinctũ actu. Sed virtus attractiua mẽbroruʒ attrahit cõueniens actu diſtinctũ ab icõuenienti: ergo opʒ prius in membris exiſtere aliqd prius illa actu diſtinguẽs: tale aũt nõ eſt niſi virtus diſcretiua: iõ ꝛc̃. ¶ Idẽ etiam cõfirmant ex quodã ſenſibili. naʒ in epate dicunt ipſi eſt virtus que ſeparat ſupfluitates a ſanguĩe cũ generatus eſt: nã cũ epar deberet trãſmittere mãm nutritiuã mẽbris oĩbus neceſſariũ fuit vt illã purã diſtribueret. ¶ Etiã dicunt ipſi in corde eſt hec virtus: nã cor ſeparat ſanguinẽ groſſuʒ a ſubtili.i. ſubtilẽ trãſmittit mẽbris ſuperiorib⁹ ꝛ groſſum inferiorib⁹. ¶ Sʒ dico ad qõnem ꝙ nõ eſt ponere iſtã virtutez diſcretiuã: ꝛ ſi ſit eã ponere: dico ꝙ nõ eſt cõſiderabilis a medico. Rõ primi eſt: qꝛ ſi eſt poſſibile actũ iſtius virtutis compleri per has q̃tuor virtutes: nõ eſt neceſſarium ponere iſtã virtutẽ: ſed ita eſt. iõ ꝛc̃. maior apparet qm̃ virtus nõ eſt neceſſaria niſi ꝑꝑ opationẽ. mĩor declarat̃. nã ipſius operatio eſt diſcernere cõueniẽs ab incõueniẽti. modo hoc perficit̃ per virtutẽ attractiuã ꝛ expulſiuam: nã attractiua nõ eſt cuiuſcũqʒ attractiua ſed cõueniẽtis: neqʒ expulſiua cuiuſlibet expulſiua ſʒ icõuenientis. ¶ Sed tu dicis ſemꝑ eſt h̃ veꝝ: tamẽ prius ꝗ̃ attractiua attrahat cõueniens ꝛ expulſiua expellat incõueniens: opʒ eſſe aliqd actu illa diſtinguens cõueniẽs ab iconuenienti. Ad hoc poſſumus dupl'r reſpõdere. Uno modo ꝙ dupl'r eſt ſeparatio aliquoꝝ vna quoꝝ eſſe eſt in potẽtia: ꝛ iſtoꝝ ſeparatio actualis eſſe nõ põt ſi vnum debeat attrahi ꝛ aliud expelli niſi prius ſit aliqd illa prius actu diſtĩguens faciens ipſa in actu: ſubiectum eniʒ motus ſemꝑ eſt in actu. Altera eſt ſeparatio aliquoruʒ quoꝝ eẽ eſt in actu: ꝛ hec ſepatio eſt duplex. Una ẽ ſeparatio aliquoꝝ quorum eſſe eſt in eſſe abſoluto: ꝛ talis ſeparatio per ſolam diuiſionem fieri põt ſʒ accidit in ſeparatione alicuius ꝯtinui. Alia eſt ſeparatio aliquorũm quorum eſſe eſt in actu medio inter potentiam ꝛ actũ: ꝛ iſtoꝝ ſeparatio fieri põt actualis ꝑ diuiſionẽ cũ alteratione q̃dã ſicut appet in ꝑtib⁹ lactis. Si ğ ponam⁹ humores actu diſtictos in corpe ſic̃ ponũt medici tũc ꝑ ſolã diuiſionẽ poterit fieri eoꝝ ſepatio actual'. mõ v̓t⁹ attractiua diſionẽ potẽs ẽ facere. Etiã ſi ponam⁹ hũores eẽ vnũ i actu: pl'a tñ i po° ex actu me° adhuc eoꝝ ſepatio actualis per diuiſionẽ cũ aliq̃ alteratione fieri poterit: ꝛ h̃ ꝑfici ẽt poterit ꝑ v̓tutes q̃tuor miſtrãtes. Declat̃ ꝛ 2° hec: ſi de q̊ min⁹ vĩ ineẽ ꝛ ineſt ꝛ id de q̊ mag̃: ſʒ minus vĩ ineẽ ꝙ aliq̃ medicina cũ in ea nõ ſit aĩa attrahat aliquẽ ꝓpriũ humorem ipʒ ab alijs diſcernẽdo: ꝛ tñ h̃ facit: ğ multo mag̃ hoc faciẽt membra cũ in eis aĩa ſit. maior nota ẽ. mĩor decl'at̃ ad ſenſum videm⁹ ꝙ ſcamonea ſolã chol'aʒ attrahit ꝛ eũat ipſaʒ ſeparando ab alijs hũorib⁹. Et ꝯfirmat̃ rõne ſm̃ Gal'. in. 3. de cõplõnib⁹ cap̃. 3. ꝛ etiam Auer. in. 5. coll'ʒ. ca. 21. ſic̃ iter medicinã aliquã ꝛ hũorẽ ꝓpriũ quẽ eũat eſt ꝯueniẽtia in ſb̃a ſic iter mẽbra ꝛ nutrimẽtũ. ¶ Tũc ad illud qδ obijcit̃ qñ aliqd dʒ attrahere aliδ actu diſtictũ: opʒ ꝙ p̓us ſit aliqd actu illud diſtiguẽs: veꝝ eſt ſi illud alteri ꝯiũctũ habuerit ſolũ eẽ potẽtiale: ꝛ iõ nõ actuale actu abſoluto vel medio mõ hu. hoc mõ ꝯiũcti nõ ſunt vt viſuʒ eſt. Per h̃ ẽt ſoluunt̃ ſenſibilia que adducũt. ¶ Alio mõ poſſum⁹ rñdere ſic. duplex ẽ attractio in mẽbris. vna cõis alia ꝓpria. mõ in attractiõe cõi nõ eſt attractio ꝯueniẽtis ab icõueniẽti: imo in tali attractiõe ſil' attrahit attrahens: vel attractio ꝯuenientis ꝛ icõueniẽtis: ſic̃ appet in attractiõe ſtomachi cũ attrahit cibũ. In attractiõe ẽt ꝓpria mẽbroꝝ nõ ẽ diſcretio cõuenient̃ ab icõueniẽti: qm̃ illa nõ ꝑceſſit. appoſitio enĩ nutrimẽti attractio q̃dã eſt: mõ anꝗ̃ illa fiat facta eſt diſcretio cõuenientis ab icõueniẽti. Probat̃. nã prius eſt opata digeſtiua mẽbroꝝ que ei qδ ꝯueniẽs eſt de nutrimẽto formã dedit vt in mẽbro aſſimilet̃: ẽt incõuenienti formã dedit: qδ qdẽ ab expulſiua expellit̃. ¶ Cũ ergo dĩ qñ aliqd attrahit ꝯueniẽs actu diſtictũ: opʒ ꝙ prius ſit aliqd actu diſtinguẽs illud ab icõueniẽti. ꝯcedat̃. ad mi. ſed illδ actu diſtiguẽs nõ eſt diſcretiua virt⁹ ſʒ digeſtiua ꝛ expulſiua pri⁹ opantes vt viſuʒ ẽ. ¶ Dico 2° ꝙ ſi ſit ponere iſtã virtutẽ: ipſa tñ a medico cõſiderabilis nõ ẽ. Et rõ hui⁹ ẽ: qꝛ illa virt⁹ nõ ẽ ꝯſiderabilis a medico alia a q̃tuor virtutib⁹ que nõ hʒ aliud iſtr̃m ab inſtrõ aliaꝝ virtutũ: ſʒ iſta virt⁹ diſcretiua ẽ hmõi. iõ ꝛc̃. maior eſt nota: qm̃ medicus virtuti nõ ſuccurrit niſi ſuccurrendo iſtrõ ei⁹. minor decl'at̃. nã cõpl'o iſtaꝝ virtutuʒ eſt cõpl'o exñs vna in actu: pl'es tñ in potẽtia vt cõpl'o qua ꝑficit̃ digõ ẽ inſtr̃m digeſtiue: ꝛ cõpl'o qua perficit̃ attractio ꝯueniẽtis ẽ inſtr̃m attractiue: ꝛ ſic de alijs. mõ cõpl'o qua ꝑficit̃ act⁹ diſcretiõis nõ ẽ aliud a cõpl'one qua fit attractio ꝯueniẽtis: ꝛ ab ea qua fit expulſio icõuenientis. Et iõ dicebat Auer. ꝙ iſti virtuti cũ deficit nõ poſſum⁹ ei ſubuenire: qm̃ Auenzoar nullũ inſtr̃m ſibi appropriauit. ¶ Sʒ aduertẽdũ ꝙ ſi iſte virtutes diſcretionẽ habeãt ꝛ opõnes determiatas ꝛ menſuratas: h̃ nõ habuit niſi vt ab aĩa ꝓcedũt cui diſcretio ꝛ cognitio attributa eſt a corpe celeſti qδ ẽ p̃n^m cognoſcẽs. p̃mũ diſcernẽs regulat̃ eni ab illo. ¶ Ad auctori. Auer. dδm ꝙ bñ ẽ actus diſcretionis: tñ ille ꝑficit̃ ꝑ virtutẽ attractiuã ꝛ expulſiuã. Et cũ dic̃ ꝙ Gal'. eã non cognouit male dixit. Nã diſcretionẽ poſuit fieri in opõnib⁹ nature: vt appet in cõmẽto illi⁹ afor. 22. p̊ ꝑti. Digeſta medicari ꝛc̃. ꝛ illi⁹ quarte ꝑti. 22. Egritudib⁹ qbuſcũqʒ icipiẽtib⁹ ꝛc̃. ¶ Ad auct̃. Auic. dδm ꝙ ſi illa ſint vere mixta nũꝗ̃ nã ea diſcernit. Sʒ ſi nõ ſint vere mixta bñ facit nã iter illa diſcretionẽ: ꝛ h̃ diſcretio ꝑ attractiuam membroꝝ

uā mēbroꝝ ꝑficiť. Nā ſm Gal. in ꝓ de virtutib⁹ ca.13. τ Serapiōez in ſuo de appropriatis. ſic mēbrū egrū attrahit ad ſe medicinā ſic ſanū attrahit ad ſe nutrimētū. ¶ Ad rōnē ſi ē inuenire τc. ꝯcedať. ad mi. veꝝ ē: ſed actus ille ꝑficiť per attractiuā mēbroꝝ τ eoꝝ expulſiuā vt viſuz ē. ¶ Ulteri⁹ ē intelligēdū ꝙ ſufficiētia iſtaꝝ q̄tuor virtutū ē iſta. Nā iſte virtutes miniſtrātes ſunt nutritiue virtuti: τ iō opꝫ ipſas eē in nūero debito quo poſſit fieri act⁹ nutricationis. Ad nutricationē aūt ꝓ reqriť nutrimētū: mō cū nutrimētū nō ſit corpori cōiunctum: oportuit eſſe quādam virtutem in corpore que faceret illud ſibi coniunctuz: τ talis eſt attractiua: τ qꝛ nutrimentum in principio corpori eſt diſſimile: in fine aūt factuz ē ei ſimile: vt dictū eſt. 2. de aīa cōmēto. 45. oportuit eſſe quandā virtutem retentiuam que nutrimentū debito tempore retineat vt poſſit ꝑmutari. ¶ Ulterius qꝛ nutrimentū non totū fiebat corpori ſimile: ſed erat in eo aliqua pars ſuperflua que illi non aſſiľabať: iō oportuit in corpe eē virtutē expulſiuā que illam expelleret.

¶ Attractiua ꝟo fuit creata ad attrahendum nutrimētum iuuatiuuz que quidem operať hoc villis membri in quo eſt ſm longitudinem protenſis.

¶ Scōa diuidiť in duas. Quia Aui. ꝓ exequiť de iſtis virtutib⁹ eas manifeſtādo per ipſaꝝ diffōnes. Scōo per iſtra qbus opať. ſcōa ibi (His autem.) Prima in q̄tuor ſicut q̄tuor ſunt virtutes q̄s manifeſtat per ipſoꝝ diffōnem. ſcōa ibi (Et retētiua) tertia ibi (Et digeſtiua.) 4ª ibi (Expulſiua.) ¶ Circa ꝓmā partē ē intelligenduz ꝙ attractiua fuit ad attrahendū qđ ē cōueniēs: τ aliqñ non ē iconueniēs qđ attrahit nocitiuū: τ hoc ꝑꝑ duo: aut qꝛ nocitiuū vehemēter ē admixtuz iuuatiuo: aut neceſſitatis gr̄a: ſicut videm⁹ ꝙ cum ſtōchus famelicus ē multas ſuꝑfluitates attrahit ab epate τ mēbris alijs. ¶ Scōo ē intelligendū ꝙ Aui. ſignāter dixit iuuatiuuz ꝓpter duo. vnū ē ad oñdendū ꝙ virt⁹ attractiua nō ē attrahēs qđcūq; ſed iuuatiuū: qꝛ attractiua aliqñ attrahit aliq̄ gr̄a nutricationis ſic̄ nutrimētū: aliqñ nō nutricationis gr̄a: ſꝫ qꝛ ꝯueniēs ſic̄ veſica attrahit vrinā τ chiſti fellis cholaz. ¶ Tertio ē intelligēdū ꝙ duplex ē attractio in mēbris. Una cōis ſic̄ attractio ſtōchi. Alia ꝓpria ſic̄ attractio alioꝝ mēbroꝝ. Mō ꝓma attractio fit ꝑ villos lōgitudinales: ſcōa aūt nō ſed ꝑ ſolā cōplōnē. cauſa hui⁹ eſt eo ꝙ attractio ꝓma fortis erat: iō idiguit nō cōplōne ſola: ſꝫ locali motu τ illa fit ꝑ villos. ſcōa aūt debilis ē ita ꝙ eis ſufficit ſola cōplexio.

¶ Sꝫ h̄ eſt dubō vtrū attractio cōis τ ꝓpria alicui⁹ mēbri ſicut ſtomachi ſit attractio vna. Et vꝫ ꝙ nō: qꝛ illa attractio nō ē vna q̄ fit per diuerſuz inſtrm: ſꝫ attractiua cōis τ ꝓpria ſunt hmōi. nā attractio cōis ſtōchi fit ꝑ villos: attractio aūt ꝓpria ſine villis. ideo τc. Itē illa oꝑatio ē diuerſa cuius obtū ē diuerſuz: ſed attractiōis cōmunis τ ꝓprie obtū ē diuerſuz. iō τc. maior nota ē. minor declať. nam obiectū attractionis cōis ſtōchi ē cib⁹: ſed obtū ꝓprie ē chilus. ¶ In ꝯriū ſunt oēs auctoritates que ponūt vnā eē attractiuā membri cui⁹ attractio ē cōis τ ꝓpria. ¶ Ad hoc dōm ē ꝙ attractio cōis τ ꝓpria nō ſunt vna attractio eſſentialr: ſꝫ ſunt vna attractio analogia. Et rō huius ē: qꝛ illa oꝑatio ē vna analogia q̄ hꝫ vnū finē analogia τ ēt finē ſilēz: ſed attractio cōis τ ꝓpria ſunt hmōi. ꝗ τc. maior nota ē. minor declať. ꝓ habent eūdem finem analogia: ſtomachus enī ꝓmo attrahit pro ſe. ſecūdo pro alijs membris eo ꝙ vnūquodq; membrum ꝓmo itendit ſue reparationi τ cōmodo ſꝫ Gal. in de motib⁹ liqdis. cap. 3. habent etiā finem ſilēm. nam veſica vrinam attrahit τ etiā nutrimentū ꝓpter cōuenientiaz: lꝫ ꝯuenientia illa ſit alia ſpecie. ¶ Ad rōnes. Ad primā iſta operatio nō eſt vna τc. cōcedať. ad mi. falſum ē. naz ſtomachus etiaz ꝓprie attrahit cum villis: ſed ſine villis bene apponit ſibi nutrimentum. ¶ Ad ſcōam illa operatio eſt diuerſa τc. concedať. ad mi. dicēduz ꝙ obiectum vtriuſq; conuenientia hꝫ ſaltem analogia quadaz.

¶ Et retentiua fuit creata vt iuuatiuū dū retineat virtutes ipſum imutantes in eo operātur que ab ipſo alimentū ſuſcipiunt qđ equidē efficitur villis qui ex trāſuerſo protenduntur. Et eſt etiam cum villi qui ſm latitudinem incedunt auxilium prebent.

¶ Circa ſcōaz partē eſt ꝓ dubitatio. Aui. ponit ꝙ virtus retentiua retinet iuuatiuū. ¶ Sꝫ cōtra: imo ēt nocitiuū qm̄ quouſq; digō nō terminať non fit ſeparatio iuuatiui a nocitiuo: ſed dū durat digō durat retentio. ideo τc. ¶ Dōm duplr. Uno mō ꝙ retentiua principaliter retinet iuuatiuuz: τ ſi retineat nocitiuū hoc eſt per accidēs: neq; de eius intētiōe exiſtit. Alio mō ꝙ virt⁹ retētiua aliq̄ ſolum retinet iuuatiuū ſicut retētiua ſtōchi cuz retinet chilū ex quo ſtōchus dꝫ nutriri: ſꝫ talis ꝟt⁹ miniſtrās ē magꝭ nutritiue ꝟtutis.

¶ Scōo eſt dubitatio. Aui. ponit ꝙ retentiua retinet nutrimentuz dum virtutes ipm̄ imutantes operanť in eo. ¶ Sꝫ ꝯ: nā talis virtus imutans ē nutritiua τ nō digeſtiua. mō retētiua digeſtiue miniſtrat τ non nutritiue. ¶ Dōm ꝙ Auicē. hoc dixit eo ꝙ digeſtiua cui miniſtrat retentiua tota in nutritiuam imutatam ordinata ē.

¶ Digeſtiua ꝟo eſt illa que qđ attractiua attraxit τ retinuit retentiua in eſſentiā ꝯuertit aptā virtutum in ea permutationē faciētiū oꝑōni τ cōplōnez que ꝯuerſioni nutriētis in effectu eſt cōpetēs. Hec eſt eni ei⁹ operatio in iuuatiuo que vocatur digeſtio. Eius ꝟo operatio eſt in ſuperfluitatibus vt ſi poſſibile fuerit eas in hanc mutet diſpōnem que etiā vocatur digeſtio. Aut vt eaꝝ egreſſionē a membro in quo ſunt retēte facilez efficiat cū expulſione eaꝝ attenuādo eſſentiā ſi qđ ꝓhibet fuerit groſſities: aut ingroſſando ſi qđ vetat fuerit tenuitas: aut ſcindendo ſi qđ ꝓhibet fuerit viſcoſitas. Et hec qdem operatio vocatur maturatio. Eſt tñ cū digeſtio τ maturatio ſynonyma dicuntur.

¶ Tertia in. 2. qꝛ. A. primo manifeſtat virtutem digeſtiuam vt ei⁹ operatio eſt in iuuatiuo. Secundo vt eius operatio eſt in nocitiuo. ſecunda ibi (Eius ꝟo operatio.)

¶ Circa hāc ꝑtē ꝓmā ē dubitatio. Prio vtrū digō que fit in iuuatiuo τ nocitiuo ſit vna digō. Et videť ꝙ non: qm̄ digōnis in nocitiuo obiectum eſt id qđ ſuperfluuz ē: ſed digeſtionis in iuuatiuo obtuz eſt id qđ ē ꝯueniēs. ¶ In ꝯrium arguiť: illa operatio ē vna que fit per vnū inſtrm: ſed digō in iuuatiuo τ nocitiuo fit per idē inſtrm: qꝛ per eandē cōplōnem mēbri: ideo τc. Itē qꝛ videmus ꝙ vtraq; digō fit per ſilitudinem: nā virtus digeſtiua agens in ſaniē fac̄ eaz ſilēm mēbris radicalibus: τ ſic agēs etiā per nutrimētū. ¶ Iuxta qđ ē intelligendū ꝙ digō ipſa in iuuatiuo aut referť ad ſuperfluū qđ dereliquiť ex actu cōplete digōnis tertie in corpore ſano ſic̄ eſt illud qđ de hypoſtaſi in vrina decidiť: τ hoc mō digō in iuuatiuo τ nocitiuo ē vna digō. τ rō eſt: qꝛ illa digō eſt vna que in vnum finez ordinať. mō hec duplex digō in vnū finem ordinať: iō τc. ma. eſt nota de ſe. mi. declať. nā finis digōnis eſt vt tranſmutet ſic nutrimētū vt formā membri recipiat: ſed h̄ ē ex intentiōe nature ex parte materie: τ iō preparatio huius poniť vnus finis digeſtionis vnius. Aut digō in iuuatiuo referť ad ſuperfluū qđ ex quacūq; digeſtione dereliquiť: τ tūc aut illud ſuꝑfluū pōt ad benignū reduci: τ ſic eſt eadē digō in iuuatiuo τ nocitiuo ſiue ſuꝑfluo: quoniam vtriuſq; vnus ē finis. ſ. nutricatio. Aut id ſuperfluū nō pōt ad benignū reduci: τ tūc digō in iuuatiuo τ digō in ſuperfluo ſunt diuerſa digō: qꝛ illa digō ē diuerſa que in diuerſuz finem ordinať: ſed digō in iuuatiuo τ ſuꝑfluo hoc mō ſunt hmōi. ideo τc. maior nota. τ minor declarať: qm̄ finis digeſtionis in iuuatiuo ē nutricatio: ſed finis digōnis in ſuperfluo hoc modo ē expulſio. ¶ Ad rōnes. illa diuerſus ē modus cōplexionis quo virtus digeſtiua digerit iuuamētum ab eo qua digerit ſuꝑfluū. ¶ Ad ſcōaz vtraq; digō agit ꝑ ſilitudinē veꝝ ē: ſed ſilitudo illa equoca eſt in iuuatiuo τ ſuꝑfluo.

¶ Scōo ē dubitatio. Aui. ponit ꝙ digō vno mō fit ꝑ ſubtiliationez eius qđ ē groſſum. ¶ Sꝫ cōtra: nā Gal. in cōmēto 2° ꝓnoſtico. cō. 33. ponit. τ 4° regi. acuto. cō. 37. ꝙ digō ſemꝑ inſpiſſando ꝓcedit. ¶ Ad h̄ dicūt aliqui ꝙ digō in iuuatiuo ſemꝑ ꝓcedit iſpiſſando. digō in nocitiuo aliqñ inſpiſſando aliqñ ſubtiliādo ꝓcedit. Sꝫ ſolutio iſta vera non ē: qm̄ quecūq; digō ſiue ſit in nocitiuo ſiue in iuuatiuo ſiue ſuꝑfluo ſemꝑ inſpiſſando ꝓcedit: vñ ē ſciendū ꝙ digeſtio cōſiderať duplr. Uno mō vt cōparať ei cui debeť τ tale ē humiduz. nam ſm Ar. 4. metheo. tex. cō. 17. Digeri eſt quoddā pati. mō humiduz qđ eſt in rebus eſt maxime paſſibile. Alio mō vt cōparatur ei cum quo ſit: τ tale eſt ſiccum. nā digō ipſa ē permixtio humidi cū ſicco groſſo ſubtiliato: τ per ꝯñs humidi igroſſatione: vnde ipſa ſemꝑ iſpiſſando ꝓcedit: vt. ꝟ. g. pirū qñ acerbū ē apparet in ipſo quedā ſubtilis humiditas aquoſa τ qđdam ſiccuz terreſtre groſſum: ſed qñ digeſtū ē τ maturū ampli⁹ illa nō apparēt qñ per digōnē facta ē iſpiſſatio illius humidi ſubtilis cū ſicco groſſo ſubtiliato cōmixto. τ eodē mō cōtingit in mā groſſa que digeri dꝫ. nam in ea anteq; digerať ē qđdam humidū ſubtile τ qđdaz humiduz ſiccū groſſuz terreū: ſed per digōnez poſtea fit inſpiſſatio illi⁹ humidi ſubtilis cum ſicco groſſo terreo ſubtiliato: ita ꝙ digō ſiue in iuuatiuo ſiue in nocitiuo inſpiſſatio ē hūidi ſubtilis τ nō ꝓprie eē ſubtiliationez groſſi terrei ſicci lꝫ iproprie ſicut digōnez in nocitiuo. τ h̄ ideo qm̄ medic⁹ ipſe digōnem talez conſiderat ꝑꝑ expul

ſionem: ⁊ q2 ingroſſatio nocitiui aliq̃n expulſionem ĩpedit: iõ medicus illius ſubtiliationem digõnem vocat improprie tñ ⁊c̃.

Expulſiua aũt eſt illa que ſupfluitatẽ expellit ex nutrimẽto reſiduã q̃ ad nutriẽdũ nõ ẽ ꝯueniẽs: aut q̃ excedit mẽſurã q̃ ſuffic̃ ad nutriẽdũ ⁊ q̃ nõ eſt nec̃ia: aut eũat in receptaculo ſibi apto ſicut vrinã in veſica.

Poſtq̃ Aui. notificauit diffinitiue tres ṽtutes nãles miniſtrantes: in pte iſta notificat quartã. ſ. expulſiuã: ⁊ p̊ eã notificat ratiõe obti. 2° rõne vie ꝑ quã fit expulſio. 2ª ibi (Et hec qdẽ.) Circa primã ptez ẽ intelligendũ ꝙ lr̃a ipſiꝰ põt 3r exponi. Uno mõ ſic ꝙ hic Aui. nobis ĩſinuat duplicẽ ſupfluitatẽ quã expellit: expulſiuã. ſ. ſuperfluitatẽ in q̃li: ⁊ ꝑ h̃ dixit ex nutrimẽto reſiduã q̃ ad nutriendũ ꝯueniẽs nõ ẽ: ita ꝙ h̃ ſequẽs ſit expoſitiuũ p̄mi. ⁊ ẽt ſupfluitatẽ in quãto: ⁊ ꝑ h̃ dicit: aut q̃ excedit mẽſura ⁊c̃. Alio mõ. nã ſupfluitas in q̃li duplex ẽ. Una q̃ ẽ ex intentiõe nãe ꝑꝑ mãm: ſic̃ vrina ⁊ egeſtio. Alia q̃ in corpe fit ex malo regimĩe vt cũ humor corrũpitur. Etiã ſupfluitas in quãto duplex ẽ. Una q̃ nõ ẽ ex ĩtentiõe nãe cũ in eiꝰ finẽ nõ ordinaẗ ſic̃ ſanguis ſupfluus bonus in q̃li. Alia q̃ ẽ ex intẽtiõe nãe cũ in eiꝰ finẽ ordinaẗ ſic̃ ſpma. Nõ Aui. tãgit p̄mã ſuperfluitatẽ in q̃li qñ dic̃ ex nutrimento reſiduã. ſcðam cũ dic̃ q̃ ad nutriendũ nõ ẽ ꝯueniẽs. Sz p̄mã ſupfluitatẽ in quãto tãgit cũ dic̃ que excedit mẽſurã q̃ ſufficit ad nutriẽdũ. ſz ſcðaz cũ dic̃ q̃ nõ ẽ neceſſaria. Alio mõ ſic: vt Aui. in ſuis dict̃ ĩſinuet nobis triplicẽ ſupfluitatẽ. ſ. in quali ⁊ in quãto: vt ẽt ponit Gal. in. 11. de ĩge. ca. 13. vñ ſupfluitatẽ in q̃li tãgit cũ dic̃ reſiduã q̃ ad nutriẽdũ ꝯueniẽs nõ ẽ. Scðam cum dicit que excedit menſuram que ſufficit ad nutriendum. Tertiam cum dicit ⁊ que non eſt neceſſaria.

Dubᵐ 8ᵐ Sz hic ẽ dubitatio vtrũ id qð ẽ ſupfluũ in q̃li ſit ſupfluuz in quãto ⁊ ecõuerſo. Et vr̃ ꝙ ſic. ideſt ſupfluũ in quãto cui debeẗ eũatio: ꝫ ſupfluo in quali debeẗ eũatio: ꝫ ⁊c̃. maior appꝫ: qm̃ ſupfluo in quãto debeẗ eũatio ſm Gal. in cõmento illiꝰ afoꝛ. 16. 2. ptic. vbi cibus ĩtrat p̄ter nãm: ⁊ in cõmento. 14. 2. ꝓno. cap̄. de egõne. minor declaraẗ. q2 illi debeẗ eũatio: cuiꝰ p̄ñtia corporis opõnes impedit vel ledit: ſz p̄ñtia ſupflui in quali in corpe ẽ hmõi. ꝫ ⁊c̃. Preterea arguiẗ ꝙ ſupfluũ in quãto ſit ſuperfluum in quali: qm̃ ſupfluo in quãto debeẗ eũatio: ſz eũatio ex qualitate cognoſciẗ: vt dr̃ a Gal. cõ. illius afoꝛ. 2. p̊e pti. In ꝑturbationibꝰ ventris. iõ ⁊c̃. In ꝯ̃riuz eſt Gal. vt dicebaẗ in. 9. de ĩgenio: ⁊ Aui. hic. De h̃ dðm eſt ſupfluitas in quali diuerſa eſt a ſupfluitate in quãto. Juxta qð ẽ ſciẽdum ꝙ vtraq̃ ſupfluitas multiplicaẗ in corporibꝰ ſanis ⁊ etiã lapſis. nã in corporibꝰ ſanis multiplicaẗ triplex ſupfluitas. Una que eſt ex nec̃itate mãe ſicut egeſtio ⁊ vr̃ia que gñanẗ eo ꝙ aliq̃ ꝑs nutrimenti fuit que ad benignũ reduci nõ potuit vt corpꝰ nutriret. Alia eſt ex nec̃itate finis: vt chol'a que ad chiſtim trãſmittiẗ ⁊ melãcholia ad ſplenẽ: illuc enĩ trãſmiſſa ſunt ꝑꝑ multas vtilitates ⁊ iuuamenta. Alia eſt ex neceſſitate mãe: q2 gñaẗ ex aliqua pte nutrimẽti que mẽbris ſupfluit. Etiã eſt ex nec̃itate finis: q2 in gnõnẽ ordinaẗ. Etiã in corpibꝰ lapſis multiplicaẗ triplex ſupfluitas. Una quãtuz ad vaſa: ⁊ hec eſt ſuperfluitas in quãto: dr̃ aũt enĩ ſupfluitas quãtuz ad vaſa ⁊ nõ quantum ad virtutẽ: qm̃ lꝫ ipſi in virtute cauſet defectũ: a defectu tñ virtutis gnõnez nõ hꝫ. Alia eſt ſuperfluitas quãtũ ad virtutez vt ſanguis in corpe corruptꝰ nõ ſupfluꝰ in quãto. Alia eſt ſupfluitas in quali ⁊ quãto vt ſanguis corruptꝰ in corpore plectorico. Ecce ꝫ qual'r in ſupfluitatibus vtroꝛũq̃ corpoꝝ differt ſupfluitas in quali ⁊ quãto. Sed eſt aduertenduz ꝙ eũatio debeẗ ei qð quãtuz eſt. oẽ enĩ qð eũaẗ quãtum eſt: ita tñ ꝙ qñ quãto debeẗ eũatio ꝓpter peccatũ quãti illa eũatio debeẗ ſuperfluo in quãto: ſed qñ ei debeẗ ꝑꝑ peccatũ q̃lis: tũc eũatio attributa eſt ſupfluo in quali. Scðo eſt aduertẽduz ꝙ eũatio principal'r attributa eſt ſupfluo in q̃to: tũc q2 qð eũatur quãtũ eſt: etiã q2 eſt aliqð ſupfluũ in quãto cuiꝰ eũatio debeẗ p̄ter ꝙ alteratio p̄cedat: ſicut eũatio ſanguis in ſynocha ĩflatiua. Sz alteratio p̄ncipal'r attributa eſt ſupfluo in quali: tũ q2 aliqð ſuperfluũ in q̃li ſola alteratione eget nõ eũone: vt cũ in benignũ ꝯuerti põt: tuz ẽt q2 ſuperfluo in quali nũq̃ debeẗ eũatio niſi alteratio p̄cedat. naz qð groſſum eſt eũari nõ põt niſi prius ſubtilieẗ: ⁊ qð ſubtile ẽ non ingroſſeẗ. Ad rõnes. Ad primã: illud eſt ſupfluũ in quãto ⁊c̃. falſuz eſt: veꝝ eſt tñ ꝙ nihil eũatur niſi quãtũ: ſed nõ p̄terea oẽ qð eũaẗ: eũatur q2 peccet in quãto: qm̃ ẽt eũatur aliq̃n q2 peccat in quali. Ad 2ᵃᵐ: ſuperfluo in quanto debeẗ eũatio: concedaẗ. ad mi. ſed euacuatio ex qualitate cognoſcitur veꝝ eſt. hoc etiaz dicere ex ſignis que ſignificant qualitatem hu. dñantis ſiue peccet in quãto: ſiue etiã in quali: non ꝙ euacuatio cognoſcatur ex q̃litate humidi peccãtis ſm q̃le: ita ꝙ illud qð eũatur ſemꝑ in quali peccet.

Et hec qdẽ virtus has expellit ſupfluitates aut per

partes ⁊ per foramina que ſunt eis p̄parata: vel ſi non fuerint ibi foramina p̄parata a nobili expellit ad ignobile ⁊ a duro ad laxum. Cũq̃ in parte expulſiõis fuerit declinatio materiei ſupfluitatis nõ cõuertit eã virtus expulſiua ab illa ſemita inquãtũ poſſibile fuerit.

Circa 2ᵃᵐ partem eſt p̊ ĩtelligendũ ꝙ ſuperfluitas corporis habuit receptaculũ ſibi aptũ: aut gr̃a neceſſitatis: ſic̃ chol'a que vadit ad chiſtim: ⁊ mel'ia ad ſplenẽ: ꝑꝑ enĩ multa iuuamẽta habuerunt receptacula illa. Aut gr̃a cõmoditat̃ ſic̃ egeſtio habuit inteſtina ⁊ vrina veſicã: habuerũt enĩ illa ne corpus eẽt in ꝯtinuo motu ⁊ neceſſitate ad emiſſionẽ illaꝝ ſupfluitatũ. Scðo eſt ĩtelligẽduz ꝙ Aui. dixit de nobili ad ignobile ꝑꝑ expulſionẽ ſupfluitatũ que fit a mẽbris p̄cipalibꝰ alijs cũ virtꝰ per vias arctas eũare nõ põt. Dixit a duro ad laxũ ꝑꝑ expulſionẽ a mẽbris p̄cipalibꝰ ad emũctoria cũ virtꝰ illas ꝑ vias ꝯ̃bitas eũare nõ poſſit vt cũ oppilate fuerint. Tertio ẽ ĩtelligẽdũ ꝙ ſupfluitas eligit ſibi moduz eũonis: aliq̃n ex pte ſbe ſic̃ ſupfluitas ſbtilis q̃ ſurſuz eũaẗ ⁊ g̃ſſa deorſuz. Aliq̃n ex pte expulſiue agẽtis ſic̃ cũ expulſiua ſupfluitatẽ groſſaz expellit ad ſuperiꝰ ⁊ ſbtile ad ĩferiꝰ: vñ quãto ſba ſupfluitat̃ adiuuat expulſionez virtut̃: tũc optime ꝑficiẗ illius expulſio.

Sz hic eſt dubð quare Aui. ẽt manifeſtãdo virtutez expulſiuã ⁊ etiã digeſtiuã nõ manifeſtauit illas per villos: ſic̃ retentiuam ⁊ attractiuã. Dðm ꝙ digeſtiuaz per villos nõ manifeſtauit: qm̃ ipſa ꝑ villos nõ operaẗ: ſed expulſiuaz per illos nõ manifeſtauit dans ĩtelligere ꝑ id qð dixerat de attractiua ⁊ retẽtiua. Nã cũ illa operanẗ per villos lõgitudinales ⁊ trãſuerſales: opꝫ neceſſario expulſiuã agere ꝑ latitudĩales cũ nõ ſint niſi tres villoꝝ ſpẽs: vl' h̃ ꝯ̃dit intelligere ex eo qð dixit ſupra cap̄. de mẽbris. Deinde cũ dicit.

His ãt q̃tuor virtutibꝰ nãlibꝰ q̃tuor prime ſeruiũt q̃litates. ſ. caliditas frigiditas ſiccitas ⁊ humiditas.

Poſtq̃ Aui. notificauit ṽtutes nãles miniſtrãtes per eaꝝ diffõnes: in pte iſta eas notificat per eaꝝ ĩſtr̃a qbꝰ operanẗ. ſ. per quatuor qualitates. Et p̊ illas enumerat. Scðo eaꝝ ſeruitiũ notificat. ſcða ibi (Sz cal'itat̃ ⁊c̃.) Circa p̄mã ptez ẽ intelligendũ ꝙ rõ eiꝰ qð dicit Aui. eſt duplex. Una ẽ: q2 oĩs actio ⁊ paſſio ꝓcedit ab eo qð eſt maxime actiuũ ⁊ primũ: ⁊ etiã maxĩe paſſiuũ ⁊ primũ: ſz calidũ ⁊ frigidũ ſiccũ ⁊ humidũ ſunt hmõi: ꝫ oĩs opatio ſiue ſit actio ſiue ſit paſſio ꝓcedit ab illis. Item ſicut ſe hñt forme elementoꝝ ad iſtas quatuor qualitates: ſic ⁊ forme mixtorum: ſed forme elementoꝝ per illas operanẗ. ꝫ ⁊c̃. Sed aduertenduz ꝙ iſte q̃tuor qualitates ſeruiunt iſtis virtutibꝰ cõiunctim ⁊ diuiſim. Cõiũctim quoniam omne mixtum cõpoſituz eſt ex calido ⁊ frigido humido ⁊ ſicco. Diuiſim inquãtum operatio vniuſcuiuſq̃ virtutis per cõplexionem fit in qua eſt dñium alicuius qualitatis: ſicut digeſtio per complexionem in qua calidum dñatur: ⁊ ſic de alijs.

Sed caliditatis ſeruitium omnibus quatuor pro certo eſt cõmune.

Scða in. 2. q2 Aui. p̊ notificat ſeruitiũ iſtaꝝ q̃litatũ abſolute. Secũdo eas adiuicẽ opando. 2ª ibi (Poſt hec.) Pr̃ia in. 2. q2 p̊ notificat ſeruitiuz cal'itat̃. Scðo friditat̃. 2ª ibi (Friditas.) Circa p̄mã ptẽ eſt ĩtelligẽdũ ꝙ cã eiꝰ qð dic̃ Auic. ẽ iſta. Nã illð qð mouet ad eẽ virtutũ mouet ad eaꝝ opus: ſz cal'itas mouet ad eẽ ṽtutuz: ꝫ mouet ad eaꝝ opus. ma. appꝫ ꝑ Auer. ĩ. 4. celi ⁊ mũ. cõ. 22. ⁊. 24. ⁊ decl'aẗ rõne: q2 oẽ qð mouet ad eẽ mouet ad finẽ: aliter. n. moueret fruſtra: ſed cuiuſlibet finis ẽ opꝰ. ꝫ ⁊c̃. mĩor declaẗ. nã calidũ gñatiuum in ſperma exñs mouet ad eẽ aĩati ⁊ mouet ad illiꝰ eſſe vt cal'm eſt: qð declaraẗ ex pluribus. Primo: q2 nõ mouet ad eſſe niſi per digõnem ⁊ mixtionem: talis aũt fit a calido. Scðo: ꝙ tale calidũ non mouet ad eſſe niſi alteratum ⁊ calefactũ a corpore ſupercaeleſti per illius motum ⁊ lumen vt declaratũ fuit. Tertio: q2 videmus in animalibus eſſe quoddam calidum in actu.

Friditas ṽo cũ alicui eaꝝ ſeruit accñtaliter ⁊ nõ eẽntial'r. Qð eniz frigiditati ineſt eſſential'r eſt vt oibꝰ virtutibꝰ ſit ꝯ̃ria: qm̃ oĩuz virtutũ opationes ꝑ motũ exiſtũt: ⁊ hoc qdẽ in attractiõe ⁊ expulſiõe manifeſtũ exiſtit: ꝫ in digõne etiã qm̃ digeſtio cõpleẗ per ptes eius qð fuit ĩgroſſatuz ⁊ ĩſpiſſatũ partiẽdo ⁊ adiungẽdo ei qð attenuatũ fuit ⁊ ſubtiliatũ. Et he qdez motiões ſũt ſeparãtes ⁊ temperantes. Retentiua ṽo operaẗ villos mouẽdo trãſuerſos ſm figurã cõprehenſiõis bene factã. Et frigiditas qdẽ eſt paralyticuz faciẽs ⁊ mortificans ⁊

cans ⁊ ab omnibus ꝓhibens operationibus.

¶Scđa in duas:q̄ꝛ Auicē. ꝓponit.scđo decl'at.2ª ibi(Q̄ð eniz.)Et hec diuidit in duas.Quia p̊ decl'at quõ frigiditas nõ deseruit ope rationib⁹ istaꝝ virtutũ.Scđo quõ deseruit illis accidental'r.2ª ibi (Ad retentionē.)⁋ In p̄ma parte intendit talē rõnē:qð est per se ꝯriũ virtutib⁹:per se nõ ĩgredit eaꝝ opões:frigidũ est hmõi:qm̄ opões oĩuz virtutũ fiunt per motũ:motũ aũt ꝓhibet frigiditas: ideo ⁊c̄.Sed hoc est ĩtelligendũ ꝙ in attractione ⁊ expulsiõe ma- nifestũ est ꝙ per motũ localem fiunt:⁊ hoc ex eaꝝ descriptiõe ap paret:qm̄ expulsio est motus alicui⁹ ad aliud:sed attractio ē mo- tus ad se ab alio.hoc etiam est manifestum in digestione.

Dub^m 10^m ¶Propter qð est dubitatio.vtruz motus localis sit de necessitate digõnis.Et vr̄ ꝙ sic auctoritate Auic.in lr̄a:qm̄ digestio sepat ⁊ ꝑ- miscet.Item h̄ arguit rõne:q̄ꝛ illud est de necessitate digõnis sine quo digestio ꝑfici nõ põt:sed motus localis ē hmõi:qm̄ digestio ꝑ mixtionē fit.ergo ⁊c̄.⁋ In ꝯrium arguit:de cui⁹ necessitate ē alte- ratio:de ei⁹necessitate nõ ē mot⁹localis:ſʒ de necessitate digõnis est alteratio:qð eni digerit alterat.iõ ⁊c̄.⁋ Ad hoc dðm ē ꝙ mo- tus localis nõ est de essentia digõnis.qð ꝓbat:q̄ꝛ illud non ē de di- gestionis essentia qð essential'r nõ ingredit ei⁹diffõnem:sed mot⁹ localis ē hmõi.iõ ⁊c̄.maioꝛ apparet:q̄ꝛ diffõ explicat essentiã diffi niti.minoꝛ decl'at.p̊ nõ ponitur in diffõne digõnis data a Gal'.in p̊. cap̄.11.⁊.3.cap̄.7.de v̄tutib⁹nãlib⁹ que ē ꝙ digestio est assimilatio nutrient̄ ad id qð nutrit:nec etiã in illa q̄ ponit ab Aꝛ.4.methe. tex.cõ.14.que est.digestio est passio a cal'o a circũiacentib⁹ passi- uis.Itē motus suscipit essentiã ⁊ spēʒ a termĩo ad queʒ.ſʒ termi- nus ad quē digõnis ē qualitas:termin⁹ aũt ad queʒ mot⁹ localis ē vbi siue locus:ḡ mot⁹ nõ est de eēntia digõnis.⁋ Dico tñ 2° ꝙ mo tus localis de necessitate digõnis ē:⁊ rõ hui⁹est:qm̄ digõ est ꝯiun- ctio ꝯuenientis cũ ꝯuenienti ⁊ separatio inconuenientis a ꝯueni- enti:mõ in omni tali ꝯcurrit motus localis.ergo ⁊c̄.

Dub^m 11^m ¶Ulteri⁹ē dubitatio.vtrũ friditas ĩgrediat per se opões aĩe.Et vr̄ ꝙ sic:qð per se facit ad eē virtutũ ꝑ se facit ad eaꝝ opões:sed fridũ ē hmõi.iõ ⁊c̄.maioꝛ nota ē ex dict̄.minoꝛ decl'at:qm̄ nõ eēt mixtũ cõpositũ ex caliditate fri.hu.⁊ sicci.in oĩb⁹cõpl'onib⁹.Itē si siccitas ⁊ hũiditas ꝑ se ĩgrediunt opa aĩe ⁊ ēt friditas:qm̄ ille sũt qualitates passiue:ille aũt actiue:sed ita ē vt appꝫbit ex sequen- tib⁹.iõ ⁊c̄.Iteʒ si est ĩuenire aliquã virtuteʒ que faciat motũ sil'eʒ ei q̄ fit a frigido salteʒ in illi⁹ opõneʒ ꝑ se ĩgredit fridũ:sed ita ē si- cut est virt⁹ q̄ mouet motu expssiuo:q̄ꝛ a circũferentŷs ad cētrũ: ⁊ ideo ⁊c̄.⁋ In ꝯriũ ē Aui.hic:⁊.6.de nãlib⁹ cap̄.p̊.2ᵉ ptis.⁊ Gal'.6. de accñti ⁊ moꝛbo cap̄.3.⁋ Ad h̄ rñdent aliq̄ ꝙ friditas per se in- gredit opões aĩe:moti ꝑꝑ rõneʒ pri⁹ adductã quã putãt esse de- mõstrationē.⁋ Dico tñ ad q̄ōnem istã.Prĩo ꝙ nulli⁹ foꝛme nãlis in mixto exñtis instr̄m esse fridũ ſʒ tm̄ cal'ʒ.⁋ Dico 2ª ꝙ p̄nʳ ⁊ ma xime foꝛme nãlis que ē aĩa instr̄m ē cal'm ⁊ nullo mõ friduʒ.Prĩo declarat sic.illud qð mouet ad eē mouet ad opus:ſʒ calidum mo- uet ad esse foꝛme nãlis.ḡ ⁊c̄.maioꝛ appꝫ ex dict̄.minoꝛ decl'at p̊ auc̄te Auer.4.metheo.cõ.14.vbi ponit.ꝙ in vnoquoq; mixto est caliditas nãlis qua mouet ad mixtionē.Scđo h̄ decl'at rõne:qm̄ videm⁹ ꝙ in eadē mã cal'm plus dat de foꝛma:⁊ per ꝯñs de motu ⁊ loco q̄ꝫ friduʒ:sic̄ videm⁹ ꝙ mã aque cũ fit sub foꝛma ignis plus hʒ de foꝛma q̄ꝫ pri⁹habuit.ex vno enim pugillo aque fiũt.c.ignis. ⁋ Itē illud hʒ dñiuʒ in omni actiõe qð ĩter oĩa est mag̃ actiuũ:ca lidũ est hmõi.iõ ⁊c̄.maioꝛ nota ē.minoꝛ decl'at.Primo:q̄ꝛ ipʒ fun dat in s̄ba valde mobili:q̄ꝛ in subtili.Scđo:q̄ꝛ ipm̄ maxĩe mobile est:q̄ꝛ ad oēm spēm põnis s̄m Ari.in de moꝛte ⁊ vita.⁊ in de cau- sa motus aĩalium.⁋ Itē illud ē per se ĩstr̄m oĩs actionis ⁊ cuiusli bet mouentis ꝑticularis qð fac̄ in mouēte alteratiõem sil'em ei q̄ fit in mouente particulari a p̊ motu:⁊ cã ē:qm̄ omne mouēs par- ticulare mouet vt alteratuʒ ē a p̊ motu ad caliditateʒ ꝑ motum ⁊ lumen.Nã ista duo nata sunt calefacere s̄m Aꝛ.2.celi ⁊ mũdi cõ. 42.Iteʒ qð ē mobile ad oēm spēm mot⁹ illud ē instr̄m oĩs actio- nis.calidũ ē hmõi vt visum ē.ḡ ⁊c̄.⁋ Scđm decl'at sic.foꝛma nãlis que ē pluriuʒ opõnũ ꝑfectiua magis ĩdiget ad ꝑficiendũ suas ope rationes eo qð ē maxime actiuũ:sed aĩa ē hmõi.ḡ ⁊c̄.sed tale ē ca- lidum.ḡ ⁊c̄.⁋ Sʒ aduertendũ ꝙ lʒ fridũ per se nõ ĩgrediat opões aĩe ad illas tñ adiuuat.Et p̊ ex ꝑte agentis p̄mi.s.calidi:qm̄ cũ ope rationes aĩe sint terminate opoꝛtuit ipsas ꝓcedere a cal'o determi nate qð ē aĩe cal'm:sed cal'm nõ terminatur ⁊ ꝯtēperat nisi ꝑ suuʒ extremũ qð ē friduʒ.iõ ⁊c̄.Scđo ad illas adiuuat ex ꝑte pꝛincipŷ passiui.s.materie:⁊ h̄ multipl'r.Uno mõ:qm̄ vno mõ humidum ⁊ siccũ mixta adiuicē temperieʒ hñt in cal'o ⁊ frido.Alio mõ q̄ꝛ fri- duʒ p̄parat mãʒ.Nã si aliq̄ foꝛma debeat in mã ĩtroduci ꝑ mãe ĩ- spissationē frigidũ adiuuat ad illius ĩspissationem mouendo ꝑtes mãe a circũferētŷs ad centrũ:ita ꝙ tñ pꝛincipale ꝯiungēs ⁊ per- miscens est cal'm ipm̄.Alio mõ quãdo mixtũ foꝛmaʒ materie ali- cuius ꝯseruat sicut auri ⁊ plũbi ⁊ siliuʒ:ita tñ ꝙ pꝛima eoꝝ coagu latio sicca calido facta ē.¶Ad rõnes.Ad pꝛimã ꝙ per se facit ⁊c̄. veꝝ est si sit p̄ncipale mouēs:mõ fridũ nõ ē pꝛincipale mouēs ad esse sed coadiuuãs.ideo ⁊c̄.⁋ Ad scđaʒ si humiditas ⁊c̄.nõ est sil'e: q̄ꝛ illa passiue ingrediunt ⁊ frigiditas actiue.⁋ Ad tertiã si est ĩue- nire ⁊c̄.veꝝ ē.Ad mi.dicemus ꝙ motus ille pꝛincipal'r ē calidi:ſʒ frigidi est magis ex ꝯñti ⁊ coadiuuatiue.⁋ Postea ē ĩtelligēdũ ꝙ Aui.declarãs frigidũ nõ ingredi opões aĩe declarauit eo ꝙ oēs fiunt per motum localē qui a frigido non fit:sed cũ ipse fiant a ca lido:ideo fient oēs operationes anime a calido.Q̄ꝛ aũt fiat a cal'o apparet:qm̄ motus localis in aĩali fit ab eo qð ē pꝛimum mobile ex se:tale autē est calidũ anime qð ad oēs species motus mouet: ideo ⁊c̄.Etiã est intelligendum ꝙ non solum apparet in digõne ꝙ fiat a calido ex suo motu locali:sed etiam ex suo motu alteratio- nis:qm̄ ipsa fit per decoctionem:omnis autem decoctio fit a cali do.ideo ⁊c̄.Non autem de hoc fecit mentionem Auicē.quoniam foꝛsan hoc reliquit notum ex diffinitione digestionis.

¶Ad retentionē tñ faciendã accñtaliter ꝯfert qm̄ vil- los s̄m bone cõpꝛehēsionis figuram tenet. Non ergo in operationibus virtutũ essential'r ingreditur:sed ta- li pꝛeparat instrumētuʒ dispositione qua ipsum suam custodit operationē.Et expulsiua quideʒ a frigidita- te iuuat:ꝓpterea ꝙ ventositatis ꝓhibet fieri dissolu- tionem que ad expellēdũ iuuat:⁊ q̄ꝛ in eius auxiliatur grossitie:⁊ ꝓpterea ꝙ villũ qui s̄m latitudinē ꝓtendit exprimētem contrahit ⁊ inspissat ipsuʒ.Et hoc est etiã instr̄m pꝛeparare ⁊ nõ est in ipsamet operationē auxi- liũ ferre.Et frigus non intrat in seruitium haꝝ virtutũ nisi per accidens.Si enim in ipsismet ingrederet ope- rationibus noceret ⁊ motiones debilitaret.

¶Scđa in.3.q̄ꝛ p̊ oñdit quõ accidētal'r seruit retentioni.Scđo ex- pulsioni.Tertio ꝯcludit.scđa ibi(Expulsiua.)tertia ibi(Et frig⁹.) ¶Circa p̄mã partē est ĩtelligendũ ꝙ duplex est ꝓhibitio dissol'o- nis vētositatis:vna multa ⁊ ista ꝓhibet expulsionem vt appꝫ in colica:ſʒ pauca ꝓhibitio ipsi⁹ ad expulsionē iuuat.⁋ Scđo ē ĩtelli gendũ ꝙ 2ˣ ē cõpꝛessio ⁊ ꝯctio villoꝝ:vna absoluta que est solum quãtũ ad sitũ partiũ ⁊ hec fit a frigido:alia ē que est ad determĩa- tã foꝛmã ⁊ ista fit a cal'o:qð dicit in tertia parte notum est ⁊c̄.

¶Siccitas v̊o in trium virtutum operationib⁹ necessa ria existit que sunt due mutatiue local'r ⁊ retentiua.

¶Postq̄ꝫ Aui.declarauit seruitiũ q̄litatũ actiuaꝝ que sũt cal'itas ⁊ friditas:in ꝑte ista decl'at seruitiũ q̄litatũ passiuaꝝ que sũt hũidi- tas ⁊ siccitas.Et diuidit in duas:q̄ꝛ p̊ oñdit seruitiũ siccitat̄ respe ctu attractiue ⁊ expulsiue ⁊ retētiue.Scđo ostēdit seruitiũ hũidi- tatis respectu virtut̄ q̄rte.s.digestiue.2ª ibi(Digestiua.)Prima in duas.q̄ꝛ p̊ ꝓponit.2° decl'at.2ª ibi(Duabus v̊o.)¶Circa pꝛimaʒ ꝑteʒ est ĩtelligendũ ꝙ virtus retentiua in pꝛin° opat per motum mouēdo villos trãsuersales ad debitã figurã cõpꝛehensiõis ⁊ re- tentiõis:sed in ꝓcessu operat per quietē retinēdo nutrimētũ.at- tamē q̄ꝛ ipsa plus opat ꝑ quietē q̄ꝫ ꝑ motũ:iõ Aui.nõ dixit ipsam eē mutatiuã local'r:sed q̄ꝛ attractiua ⁊ expulsiua plus opat ꝑ mo tũ q̄ꝫ ꝑ qetē:iõ Aui.de ipsis dixit ꝙ erant mutatiue localiter.

Dubᵐ pᵐ ¶ Sꝫ statim diceret aliqs nō vr̄ ꝙ calefacē sit ꝓpria opatio balnei: qꝛ qd est nāle alicui ꝓcedit a ꝓnº ītrinseco ⁊ ꝑ se: qꝛ nā est ꝓnᵐ intrīsecū motꝰ ⁊ qetis ꝑ se ⁊ nō ꝭm accn̄s: vt pꝫ. z. pħico. tex. cō. 3. ſꝫ calefacere ignē balneo ꝑ aliđ: qꝛ ꝑ ignē: q̄re ⁊c̄. ꝓterea qd est opatio artificialis nō est nālis: sed calefacere est opatio artificialis in balneo: ẜ ⁊c̄. Maior pꝫ: qꝛ ars ⁊ nā sūt ꝓnº diuersa. minor est nota. nā balneū fit artificialr̄: q̄re ⁊c̄. Preterea Auer. vult in. 6. collꝫ ca. 4. ꝙ balneū nec calefacit nec īfrigidat sed humectat vel exiccat. Itē Io. damascenꝰ in suis afoř. Balnea nō q̄rimus cā calefaciēdi vel īfrigidādi: sed humectādi vel exiccādi. Preterea vr̄ male dicē ꝙ balneū calefacit suo aere ⁊ humectat sua aqua: qꝛ aer est humidior q̄ꝫ aqua: qꝛ ē hūidus ad summū: aqua aūt nō: ⁊ iđ humectatio magꝭ est nata ꝓcedere ab aere q̄ꝫ ab aq̄. Itē aqua cal'a magꝭ dꝫ calefacere q̄ꝫ aer cal's: qꝛ caliditas magꝭ imprimiť in aqua q̄ꝫ in aere ꝑꝑ corpulētiā aque: ẜ male dicit. Dōm est ad ħ ꝙ calefacere ē nālis opatio balnei ⁊ ꝑ se: qꝛ ꝑ se ꝓcedit a qualitate ꝑtis balnei: naꝫ sic̄ dicimꝰ ꝙ aq̄ cal'a per se calefac̄ ⁊ ꝑ accn̄s īfridat: ⁊ ꝙ aqua frigida ꝑ se īfrigidat ⁊ ꝑ accn̄s calefacit: ita ēt qꝛ balneū est actu calidū: qꝛ hꝫ aquā cal'aꝫ ⁊ ignē calefaciētē tāq̄ꝫ suas ꝑtes ad ipm̄ reqsitas: iđ dr̄ balneū ꝑ se calefacere. Itē dr̄ calefacere operatio balnei ꝑ se: qꝛ est gn̄ale oī corpori: nā oīa corpa siue ðbilia: siue fortia ⁊ rara ⁊ spissa calefiūt in tali balneo. ¶ Tūc ad primam rōnē cū dr̄ qd est nāle alicui ꝓcedit a ꝓnº ītrinseco: ꝯcediť: ⁊ cū dr̄ hoc nō ē in ꝓposito falsuꝫ est. ⁊ cū ꝓbas: qꝛ inest ei mediāte aq̄ cal'a vel igne: dico ꝙ tā aq̄ cal'a q̄ꝫ ignis est ꝑs ītegralis eius: ⁊ ꝑ ꝯn̄s eiꝰ ꝓnᵐ intrinsecū ⁊ nō extrīsecū: nō tn̄ est ei ita ītrīsecum sicut mā ⁊ forma hoī: qꝛ balneū est artificiale ⁊ res ꝑ aggregationē: ⁊ ꝑ hec pꝫ solutio. ¶ Ad scdaꝫ: qꝛ nō accipiť hic nāle vt distiguiť ꝯ artificiale: sed vt distiguiť ꝯ extrinsecū: qꝛ cal'itas est ei ītrinseca. ¶ Ad aliđ dðꝫ ꝙ nō vult ītelligere ꝙ balneū nō calefaciat absolute nec infridet cū ibi sint alique ꝑtes cal'e ⁊ alique fride: sed ītelligēdo in cōparatione ad humectationē vel exiccationē: qꝛ plures ꝑtes balnei humectāt vel exiccāt q̄ꝫ calefaciāt vel īfrigident: nā aq̄ cal'a solū ibi calefacit ⁊ aer cal's: ⁊ aq̄ frigida solū ibi infrigidat: sed tā aq̄ calida q̄ꝫ frigida ⁊ ēt aer humectāt: ⁊ sic ītelligit Auer. ⁊ Dama. s. quo ad plures ꝑtes balnei. ¶ Ad aliud dōm ꝙ ꝑ tāto dic̄ ꝙ balneū calefacit mediāte aere potiꝰ q̄ꝫ mediāte aq̄: qꝛ aer calefaciēs ꝑꝑ sui sbtilitatē magꝭ est natꝰ penetrare ⁊ īterius calefacere q̄ꝫ aqua q̄ grossior ⁊ minꝰ penetratiua: dixit ēt ꝙ balneū hꝫ humectare mediāte aqua magꝭ q̄ꝫ mediāte aere: qꝛ aqua est magꝭ corpulenta q̄ꝫ aer: vt dicit Auer. ⁊ qꝛ in balneo nō solū est cal'a que humectet ſꝫ frigida inhumectat: aer aūt solū calefac̄ in balneo ita ꝙ nō īfridat: iđ rōne pluriū eiꝰ ꝑtiū aqua humectat magꝭ q̄ꝫ aer: ⁊ iđ magis attribuit humectationē balnei ipsi aque q̄ꝫ aeri: ⁊ sic ad illud. ¶ Ulteriꝰ ē ītelligendū ꝙ Aui. distiguit domū balnei in tres casas siue camerulas: ⁊ rō hec est: qꝛ sic̄ nā in suis opōnibꝰ nō ꝓcedit subito ſꝫ paulatine: ita ēt ars medicine in opōnibus balnei: quaꝝ ꝓma est cal'itas mediocris ⁊ talis dr̄ īfrigidās ⁊ humectās: nō qꝛ īfrigidet absolute: ſꝫ qꝛ minꝰ calefacit q̄ꝫ alie: ⁊ iđ pōt hō eius cal'itatē tolerare: dato ꝙ nō exħat pānos: ⁊ hec domꝰ prima plus humectat q̄ꝫ calefaciat: qꝛ exquo est debilis cal'itas plus hꝫ resoluere q̄ꝫ calefacere: ⁊ qꝛ resoluēdo humectat iđ plus humectat q̄ꝫ calefaciat: ⁊ istā ꝓmā casaꝫ nō hn̄t balnea nr̄a. Scda casa ē magꝭ cal'a q̄ꝫ ꝓma ⁊ minꝰ q̄ꝫ tertia: ⁊ iđ dr̄ calefacere respectu ꝓme ⁊ humectare respectu tertie. tertia casa est calefaciēs respectu aliaꝝ ⁊ exiccās ꝑꝑ suā cal'itatē. ¶ Dubitaret aliqs circa illā ꝑtē: ⁊ neqꝫ attēdenda sunt ⁊c̄. qꝛ diceret aliqs q̄uo nō sunt attēdēda illa v̄ba qꝛ sūt v̄ba. G. in cō. 13. 4. ꝑti. illiꝰ afoř. Ad hell'os his q nō ⁊c̄. Ad ħ dōm ꝑ expōnē lr̄e: qꝛ nō vult hic Aui. rephēdere. G. in hoc dicto sic̄ v̄ba videnť sonare: sed vult dicere ꝙ nō sunt huic dicto ꝯtr̄ia: ꝑꝑ qd notādū ꝙ zˣ ē humectatio: q̄dā est nutritiua sic isto mō nutrimētū cōuertiť in sbaꝫ mēbri: ⁊ ipm̄ primo rorat ⁊ humectat: ⁊ de hac ītelligit ibi Gal. ꝙ aqua hoc mō non humectat: qꝛ non nutrit vt habitum est supra. Alia est humectatio que est quedaꝫ madefactio ⁊ preparatio corporis ad resolutionem: ⁊ hoc modo intelligit hic quando dicit ꝙ aqua humectat mēbra ꝓpter qd illa v̄ba istis non cōtradicunt.

¶ Sꝫ plerūqꝫ ex balneo post illud qd noiauimꝰ de suis impressionibꝰ ⁊ mutationibꝰ alie accidūt mutationes. Quaꝝ q̄dā sūt ꝑ accn̄s: ⁊ q̄dā sunt per essentiam.

¶ Hic ponit opōnes balnei nō nāles. Primo distinguit istas operationes nō nāles. Scdo de ipsis exeqtur. ibi (Est nāqꝫ cū accidit.) Et notādum ꝙ iste operationes possunt dici nō naturales dupliciter: aut qꝛ non sunt procedentes a balneo per se: aut qꝛ non sunt cōes omnibus balneis vel omnibus hoībus: sed qd est nāle dꝫ cōpetere per se: ⁊ per cōsequens omnibus: qꝛ qd est per se est de oī sed non ꝯuertiť: vt pꝫ primo posteriorum. Deinde cuꝫ dicit.

¶ Est nāqꝫ cum accidit balneo vt suo infrigidet aere: ꝓpterea ꝙ multū caloris resoluit īnati: ⁊ vt mēbroruꝫ etiā subas exiccet ꝓpterea ꝙ vehemēter humores resoluit naturales: ſꝫ extraneos augeat humores.

¶ Hic exequiť. Prīo declarat istas opōnes vt ꝓcedūt ab aere. Secūdo vt sunt ab aq̄. ibi (Cū eius aqua ⁊c̄.) ¶ Iuxta qd notādum ꝙ exiccare inest balneo ꝑ accn̄s. s. resoluēdo humidū cū deberet humectare: ⁊ iđ appꝫ ulteriꝰ ex ħ ꝙ qn̄ dixit supra ꝙ tertia casa ē calefaciens ⁊ desiccans ꝙ illa exiccatio tertie case est per accn̄s.

¶ Cūqꝫ eius aq̄ multe est caliditatis cutis ex ea horripilatur ⁊ inspissanť eius pori: quare ex eius humiditate nil vadit ad corpus: neqꝫ bene resoluit.

¶ Hic ostēdit idē quātū ad opōnes aque. Prīo quātuꝫ ad q̄litates passiuas. Scdo quātū ad adiectiuas. ibi (Est tn̄ cuꝫ eiꝰ aq̄.) ¶ Cūqꝫ eius aq̄ est multe cal'itatis cutis ex ea horripilať. s. aq̄ multuꝫ cal'a i. corrugať sup. qꝛ ex multa ⁊ subita caliditate terreť nā: ⁊ tūc refugit calor nālis ad īteriora: ⁊ qꝛ calor ille ðbilitat cuteꝫ ⁊ tenebat poros aptos iđ ad eius recessuꝫ seqtur clausio ipsoꝝ ⁊ inspissatio cutis ex qua inspissatione ꝓhibetur transitus aque per poros: qn̄ ergo aq̄ est multuꝫ calida corrugať cutis: sed qn̄ est tepida dilatať qꝛ ipsa est magis cōformis calori nr̄o: ⁊ ideo ab ipsa nō terreť: sed remanet in partibꝰ exterioribus: ⁊ ideo aq̄ tepida plus resoluit q̄ꝫ multū calida: ꝑꝑ qd precipit. G. in. 7. terapē. ꝙ si dꝫ approximari aqua calida que ðbeat resoluere dꝫ eē tepida: si nō tunc dꝫ eē vel frigida vel multum calida. Quare de eo qd dicit ibi.

¶ Est tn̄ cū eius aqua calefacit ⁊ est cū īfridat. Sꝫ eius qdē calefacere est iđ ꝙ multū est cal'a: ⁊ cuꝫ ipsiꝰ calor paruus est mīor q̄ꝫ tepide īfridat ⁊ humectat: ⁊ ꝑꝑ cōstrictionē cū fuerit frida: qꝛ calorē ꝯstrigit q ex eiꝰ aere est habitꝰ: ⁊ ꝯiūgit ipꝫ visceribꝰ cuꝫ obuiauerit corpori ipsa exn̄te frida. Eiꝰ v̄o infridare erit cū in ea aliq se multū balneauerit: duobꝰ nāqꝫ īfridat modis. Unꝰ est: qm̄ aq̄ nā in vltimo rei frida existit: ſꝫ calore accn̄tali calefaciat q nō ꝑmanet: ẜ tolliť ⁊ remanet opatio nālis: ꝑꝑ illđ qd ex aq̄ penetrauit in corpꝰ: ⁊ est īfridatio: ⁊ ēt qꝛ aqua siue sit cal'a siue frigida est humida: iđ cū multum humectauerit calorem cōstringit inatū ꝑꝑ multā sui hūiditatē: ⁊ extiguet ipm̄ ⁊ infrigidabit.

Dubᵐ zᵐ ¶ Utruꝫ aqua sit frigida in vltimo: ⁊ vltimo infrigidet corpus. Et ar. ꝙ nō sit frigida in vltimo: qꝛ opiū ⁊ mādragora ⁊ iusqamus et oīa narcotica magis infrigidant q̄ꝫ aqua. ¶ In oppᵐ est Aui. ¶ Ad hoc dōm ꝙ refert querere vtrū aqua sit vltimo frigida ⁊ vtrū vltimo infrigidet: tūc dico ꝙ si queras primo modo: dico ꝙ sic. quia cui inest aliquid primo est tale in vltimo: sed aque inest friditas ꝓº: ergo aqua est frigida in vltimo: maior est nota discurrēdo in oībus. nā igni ꝓº inest caliditas: ⁊ ideo ꝓº est mensura oīum calidoꝝ: ⁊ oīa alia dicūtur calida per participationē ignis. minor ðclarata ē z. de gn̄atione tex. cō. 21. qꝛ qdlibet elementuꝫ hꝫ vnā qualitatem a dn̄io: ⁊ ꝙ aque primo inest friditas: q̄re ⁊c̄. Si autē querat quis vtrꝫ vltīo īfridet aqua: dico ꝙ nō: īmo multa sunt que magꝭ infrigidāt. ⁊ cā huius pōt esse multiplex: aut qꝛ hꝫ hoc a ꝓprietate: ⁊ dato ꝙ aqua sit frigidissima: aut qꝛ hꝫ aliquā mixtionē per quā eius frigiditas citius penetrat ad membra īteriora: nūc aūt ad actiōeꝫ rei naturalis nō solū requiriť ꝓsentia agētis ad passuꝫ: ſꝫ tp̄s suf-

ficiens ꝛ multe alie cõditiones: vñ ad hoc vt aliquid ĩfrigidet corpus requirit ꝙ habeat in se aliqd qḋ faciat ipsum cum sua virtute penetrare ad intra corpus: illud aũt qḋ est frigidum sic qḋ habet nãm penetratiuam: ꝛ dato ꝙ sit in se minus frigidũ sentit magis frigidũ q̃ȝ qḋ extra remanet: vñ sicut dicit Albertus nõ est impossibile ꝙ ignis sacer igneus sit mag calidus q̃ȝ elemẽtal' ignis: ꝛ sicut est in artificialibus: ita etiã erit in naturalibus: nam poterit mixtũ aliquod habere ex permixtiõe aeris qḋ vehemẽter penetret ꝓpter eius subtilitatẽ q̃ȝ aqua ipsa: ꝛ ꝓpter permixtionẽ terre ꝙ magis adhereat q̃ȝ aqua: ꝛ ꝑꝑ hec duo magis ĩfrigidabit: q꞉ penetrabit ad intra ꝛ stabit diu affixus in loco: aliter nõ eẽt veruȝ quando dixit ꝙ cõpositũ magis agit in cõpositum q̃ȝ simplex in cõpositum: aliter eni intelligendo esset falsuȝ: q꞉ qs dubitat ꝙ ignis magis agat in lignũ ipm calefaciendo q̃ȝ aqua calida ꝛ in corp⁹ hominis ẽt cũ cõburit. Sed credo ꝙ iuit ad hãc intẽtionẽ: nescio tñ si sic intellexit: tñ si dȝ eẽ veꝝ dȝ exponi sicut dcm̃ est supra. Unus est: qm̃ aque nã in vltĩo rei existit frida ꝛc̃. Et ex hoc appȝ ꝙ aliq̃ ꝑs balnei dȝ eẽ frigida ad h̃ vt in vltimo balneatiõis supaspergat corpus vt pori claudant vt calor nõ multũ exhalet: sȝ ꝯstrĩgat iterius ꝛ ꝯfortet: ꝛ iõ aspsio aq̃ fridẽ ꝯfert in balneo qñ aliq ḋbilitãt ex nimia resol'one spirituũ: ꝛ ꝓ tãto ibi ponit aqua frigida.

Dub^m 3^m ¶ Circa h̃ q̃rat vtrũ aq̃ cal'a possit in corpore hũano redire ad frigiditatẽ nãlẽ primã. Et arguit ꝙ nõ: q꞉ qñ aliq̃ qualitas q̄ inest alicui ꝑ aliqḋ alterãs pñte alterãte vel ĩprimẽte nõ redit ad p̃mã q̃litateȝ: sed remanet sb̃ dispõne alterantꝭ: sȝ aq̃ cal'a est hmõi. g̃ ꝛc̃. maior pȝ: minor appꝫt: q꞉ semꝑ ẽ calor nãlis pñs. Et si dicas ꝙ nõ redit ad actualẽ friditatẽ: sed ad frigiditatẽ potẽtialẽ sic opiũ. dico ꝙ nõ est sil'e: q꞉ refert de fridis in potẽtia ꝛ de frigidis in actu: nã ea q̄ sunt talia in potẽtia semꝑ opant de se idẽ: vñ dic̃. 3. de simplici medi. dist. 4. ca. 1. ꝙ dato ꝙ iusqamus det cal's actu: tñ semꝑ infridat sic aq̃: q꞉ est nãliter igni ꝯ̃ria: dato ꝙ sit calida semꝑ extiguit ignẽ ꝓiecta suꝑ ignẽ: hoc aũt est falsuȝ: q꞉ qñ est cal'a aqua calefacit: q̃re nõ valet. ¶ In opp^m est Aui. ¶ Ad hãc qõnẽ dicũt qdã ꝙ aqua redit in corꝑe ad suã friditatẽ ꝑ nãm suã quã hȝ ex seipa. Aliȷ dicũt ꝙ aqua redit ad frigiditatẽ potẽtialẽ sicut nã frida. Aliȷ dicũt ꝙ aqua redit ad friditatẽ ꝑ calorẽ ĩnatũ. ¶ Sȝ p̃ma opĩo nõ valet: q꞉ nõ mouet seipm: ꝛ ideo dicebat supra ab Auic. in. 1. fen ꝙ mã nõ patit necq̃ creat a seipsa: cũ g̃ aqua qñ est cal'a sit in potentia ad friditatẽ: ideo per seipsaȝ nõ poterit acqrere frigiditatem. Scdi nõ dicũt verũ: q꞉ nõ est simile de simplicib⁹ ꝛ mixtis: naȝ iusquiamus lȝ det actu calidus: tñ semꝑ infrigidat sicut aqua: lȝ actu calida ꝓyciat suꝑ ignẽ ipm semꝑ extĩguit: si g̃ aqua reduceret ad frigiditatẽ potentialẽ existens actu calida infrigidaret sicut ꝯtingit ĩ iusquiamo qḋ est falsuȝ. ¶ Tertia opĩo nõ valȝ: q꞉ calor ĩnat⁹ nullã hȝ virtutẽ infrigidãdi: sed semꝑ calefacit: g̃ non dabit frigiditatẽ aque. ¶ Et ideo dd̃m ꝙ eadẽ est rõ quare infrigidat in corpore: sicut q̃re eleuata ab igne infrigidat: ꝛ cã illi⁹ est: q꞉ aq̃ hȝ frigiditatẽ in sũmo: ꝛ ideo sicut vult Cõmẽta. 2. de aĩa. cõ. 115. ꝙ salua existente forma aqua ipsa nõ pȏt calefieri nisi admixtiõe partium igneaꝝ cũ ea: ꝛ ideo qñ eleuat ab igne remanet calida donec vapores ignei remanent in ea: ꝛ ideo quãdo sunt excluse ille ꝑtes ignee remanent frigide: ꝛ eodẽ mõ est in corpore. ¶ Tunc ad rõnẽ qñ dr̃ qñ aliqua q̃litas ꝛc̃. ꝯcedit si sit pñs agẽs potẽs ipsam ꝯseruare in illa dispõne aliter nõ opȝ: ꝛ qñ dr̃ in minori ꝙ calor noster ꝓpriaȝ pȏt cõseruare caliditatẽ: dico ꝙ nõ est verũ: q꞉ magis est nat⁹ pati ꝛ infrigidari ab ea ꝑꝑ eius qualitatẽ ꝛ excellentẽ: quare rõ non ꝯcludit. (Et extinguet ipsum ꝛ infrigidabit.) Notãdum ꝙ infridario ab aqua calida est per accñs dupliciter: aut q꞉ resoluit caloreȝ ĩnatum quo resoluto remanet corpus frigiduȝ: aut q꞉ ex eo ꝙ calida penetrat ꝛ sui humiditate obtũdit calorem ĩnatum ꝛc̃.

¶ Est ẽt cũ balneũ resol'one calefacit cũ inuenit nutrimẽtũ qḋ nõ fuit digestũ: aut iuenit humorẽ fridũ q nõ fuit maturat⁹. Illḋ eni digerit ꝛ hũc maturat. Est p̃terea cũ ingrediunt balneũ ipso sicco: ꝛ exiccat ꝛ confert hydropisim hñtib⁹ ꝛ laxitatẽ: ꝛ est cũ igrediunt ipsum eo humido ꝛ humectat. Est ẽt cũ in ipso diu morant ꝛ exiccat ꝑꝑ resol'onẽ ꝛ sudorẽ. Et est cũ in ipso paꝝ morant ꝛ humectat cuȝ corpus ab eo exiccat añq̃ȝ egrediat sudor. Et est cũ balneũ igrediunt ieiuni ꝛ vacui ꝛ vehemẽter exiccat ꝛ macrescere facit ꝛ debilitat: ꝛ est cũ ipm igrediunt ilico post saturitatẽ: ꝛ ĩpinguat ꝑꝑea ꝙ mãm ad exteriora trahit corporis Uerũtñ oppilationes efficit ꝓpter qḋ sui causa a stomacho ꝛ ab epate nutrimentum ad mẽbra trahitur non coctum: ꝛ est cum in fine prime digestionis ꝛ anteq̃ȝ adsit vacuitas ingrediuntur ꝛ ꝯfert ꝛ impinguat mediocriter.

¶ Hic determinat de balneo quãtum ad diuersitatẽ effectuũ relictoꝝ ex balneo. P̃rio facit hoc. Secũdo docet balneare ethicos. ibi (Qui autẽ balneum ingrediũtur.) Prima pars in duas. Primo facit hoc quãtum ad qualitates actiuas. Scdo quantum ad passiuas. ibi (Est preterea cum ingrediunt ꝛc̃.) ¶ Circa istã secũdã partem notãdum cum dicit. ipso sicco supple existẽte supple virtualiter. s. ꝓpter virtutẽ rerum exiccãtium positaꝝ in balneo: vel dicit siccum: q꞉ non apponitur aqua in ipso: ꝛ hoc potest esse dupl'r: aut q꞉ solum sic ibi aer calefacit sicut sunt terme anglicoꝝ: aut q꞉ fiat balneũ in quo sit receptus fumus solũ rerũ exiccãtium qḋ fit accipiendo quẽdaȝ locum in quo nõ possit aer respirare ꝛ de subter sit ebullitio ꝛ effumatio rerũ exiccãtiũ emissa per vnũ cãnonẽ magnũ ꝛ amplũ sicut fit in eis quos volumus fortiter exiccare.

Dub^m 4^m ¶ Querit vtrũ balneũ adiuuet digõneȝ cibi. Et arguit ꝙ nõ: q꞉ si h̃ eẽt tũc ingredi balneũ post comestionẽ esset bonũ: hoc aũt est falsum: q꞉ hoc ꝓhibet cũ faciat oppil'ones: q̃re ꝛc̃. Preterea illud qḋ distrahit calorẽ a locis digõnis ad exteriora non adiuuat sȝ ĩpedit digõnẽ: balneũ est hmõi. g̃ ꝛc̃. Preterea digestio fit a calore nãli: sȝ caliditas balnei nõ est caliditas nãlis sed extranea. ergo ꝛc̃.

Dubiũ 5^m ¶ Secũdo querit vtrũ balneum digerat humorẽ frigidũ. Et arguit ꝙ nõ: q꞉ illud qḋ ꝓhibet in catarro ante digõnem eius nõ digerit humorẽ fridum: sed balneũ est hmõi ꝛc̃. Maior pȝ: q꞉ si digereret catarrũ ꝛ humores frigidos: tunc cõcederet ꝛ nõ ꝓhiberet: minor apparet per. G. in. 8. de igenio. ca. 3. aut. 6. de regi. sani. q ipm tũc ꝓhibet. ¶ In oppositũ istoꝝ est Aui. ¶ Ad primã qõnẽ dicunt qdam ꝙ digestio fit in trib⁹ locis. s. in stõcho: scdã in epate: tertia in venis. Q. balneũ nõ adiuuat p̃mã digõneȝ sed impedit. s. digõneȝ stomachi: ꝛ hoc ꝓbant rões supra dicte: sed digestionẽ epatis ꝛ venaꝝ bene adiuuat: ꝛ sic intẽdit Auic. tñ isti meo iudicio nõ satisfaciunt bene vt videbitis statim: ꝛ ideo dico aliter ꝙ si balneuȝ ꝯuenienter approximet adiuuat digõneȝ nutrimenti in oĩbus mẽbris digestionis. s. in stomacho in epate ꝛ in venis: si aũt approximet ĩcõuenĩeter impedit ea in oĩb⁹: nã ad digõneȝ nutrimẽti bonã reqrit ꝙ caliditas sit in locis digõnis: ꝛ ꝙ ꝓhibeatur frigiditas exterior: illud ergo qḋ facit caliditatẽ esse in locis digõnis: ꝛ qḋ prohibet exteriorẽ frigiditatẽ iuuat ad digestionẽ: sed balneũ ꝯuenienter approximatũ facit hoc: quare ꝛc̃. Maior est no. nã illa duo requirunt ad bonã digõnem: mi. appꝫt: ꝓpter qḋ ꝯueniẽtia approximationis balnei cõsistit ex ꝑte duoꝝ. s. ex ꝑte balnei qḋ dȝ approximari: ꝛ ex ꝑte corpoꝝ qbus ḋbẽt approximari. ex ꝑte qdem balnei: nam qḋdam est tẽperatum ĩter caliditatẽ ꝛ frigiditatẽ qḋdã est superfluuȝ: vel q꞉ nimis calidũ: vel q꞉ parũ calidũ. Sil'r pȏt eẽ ista cõuenientia vel incõuenientia approximationis ex parte corpoꝝ: nã quedã sunt rara ꝛ debilia ꝛ facile passibilia: quedam sunt dura ꝛ fortia ꝛ depressa ꝛ quedã mediocria: tũc dico ꝙ si sit corp⁹ debile existẽs in regione frigida ꝛ aere frigido valde tũc balneum aeris tẽperati ei cõpetit nõ balneũ aque: sed balneũ q̃les sunt terme de Alamania que sunt stuffe sicce: ꝛ tũc isti meli⁹ digerũt quo ad oẽȝ digõnẽ: si v̾o sit tp̃s calidũ ꝛ estiuum ꝛ in aere cal'o: tũc balneũ aque frigide vel aeris frigidi cõfert digestioni eius: q꞉ recludit calorẽ ad interiora: nõ tñ multũ morat in eo: q꞉ tũc noceret et sic de aliȷs. ¶ Ad scdaȝ qõnẽ dd̃m ꝙ balneũ iuuat in digõne humoris frigidi: q꞉ ipsuȝ subtiliat ꝛ resoluit: ꝛ calorẽ nãlem confortat si debite approximet. Sȝ ꝑꝑ sol'onẽ argu. notãdũ ꝙ in catarro sunt duo ꝯsiderãda. s. fluxum humorẽ ꝛ humorẽ fluentẽ: modo intẽtio curatiua fluxus est resistere fluxui faciẽdo ipm sistere: sed ratiõe humoris fluxi intẽtio est euacuare ꝛ resoluere: tũc dico ꝙ balneũ nõ cõpetit catarro rõne fluxus: ĩmo noceret q꞉ faceret ipm mag fluere q̃ȝ resolueret: sed rõne humoris fluxi bene cõpeteret. Sȝ q꞉ maius est nocumẽtũ qḋ inducit ex fluxu q̃ȝ sit iuuamentũ qḋ inducit ex resol'one: ideo quãtũ ad hoc ꝓhibet balneũ ante digõnẽ catarri: ꝛ quãtũ ad hoc ipm ꝓhibet. G. in. 8. Sȝ si humores eẽnt calidi ꝓhiberent rõne vtriusq̃ȝ. ¶ Et ex his pȝ ad rões prius factas. Ad primã dictũ est quõ dȝ aliquis ingredi balneũ post comestõeȝ ꝛ quõ non. ¶ Ad scdaȝ dicẽdũ ꝙ balneum indebite approximatuȝ nõ distrahit calorẽ a locis digõnis: sed mittit vel ꝯseruat vt visuȝ est. ¶ Ad tertiã dd̃m ꝙ lȝ nõ faciat sic pricipale: tñ facit sicut coadiuuãs: ꝛ hoc sufficit quantũ ad qõnẽ q̃sitã. ¶ Ad rõnẽ alteri⁹ qõnis rñsuȝ est. ¶ Notãdũ circa illud (Uerũtñ oppil'ones efficit.) ꝙ hec pinguedo nõ est bona: q꞉ oppil'ones generat. Itẽ appꝫt ex h̃ ꝙ balneum nõ faceret hoc in quocũq̃ȝ corpore: q꞉ nõ in corpore habẽte vias strictas: nam in eis faceret oppil'ones: sed in hñtib⁹ illas latas vt libere exeat nutrimentum ad exteriora per eas.

¶ Qui

¶ Qui aũt balneũ igrediunt ppea vt humectẽtur sicut ethicã patiẽtes faciũt: debẽt in aqua mergi nisi debilitent & postea ex oleo inũgi: ideo vt in humectatõe fiat augmentũ & vt teneat aqueitas que in poris penetrauit & ↄstringat inter cutẽ & nõ lõga ibi moret mora: et locũ eligãt tẽperatũ: & in balnei terrã multaz ꝓijciant aquã ideo vt vapor elarget & aer humectetur & a balneo deferant sine sollicitudie & labore que eis accidat sup lectũ: & inungant: & odorent ilico cũ egrediunt ex bñ redolẽtib⁹ frigidis: & dimittant in domo in qua homines denudant hora vna donec eis attractio aeris tẽperata ad eos redeat & ad potãdũ tribuat eis paruz ex humectãtib⁹ sicut aqua ordei & lac asine. Qr siqs eoruz multã in balneo facit morã: timet ne supueniat ei syncopis ppterea q calefit cor & cõmouet syncopis.

¶ Hic gratia eius qd dixit docet moduz balneandi ethicos: qr incidentaliter hec introduxit vel dicatur a nobis.

¶ In balneo pterea cũ multis ei⁹ iuuamẽtis adsunt nocumẽta. Facit eniz superfluitates ad mẽbra in qb⁹ est debilitas leuiter descendere & laxat corpus & impedit neruos & resoluit calorẽ inatum & comedendi desiderium deijcit & coeundi debilitat virtutem.

¶ Postq̃ ↄterminauit de opõnib⁹ balnei que ↄbite approximato balneo sunt iuuatiue: hic ↄterminat de nocumẽtis balnei. ¶ Iuxtã istã ptẽ notãdũ q sicut dicit Auer. in. 6. collꝫ. ca. 4. balneũ facit effectus multos & ↄ̃rios: qr calefacit & infrigidat: humectat & exiccat: ↄbilitat & fortificat: macrefac̃ & impinguat. Isti aũt effect⁹ cõtrarij ↄpendẽt ex trib⁹ causis. s. ex mora in balneo. Scd̃a ex parte partiũ balnei. Tertia ex pte corpoꝝ que in balneo approximant. Ex mora qdẽ in balneo: qr si supflue morat ĩfridat vltimo pp resolõnẽ caloris inati: & exiccat & debilitat & macrefacit: si paꝝ moret facit hoꝝ ↄ̃ria si mediocriter media. Silr rõne ptiuz balnei qdã eni calefaciũt & exiccãt: qdã eni calefaciũt & humectãt: sup posuit de casis balnei. Silr ex pte diuersitatũ corpoꝝ balneatoꝝ: qr si sit corp⁹ purũ & mũdũ a supfluitatib⁹: tunc resoluit circa cutẽ & sanũ relinqt: si võ sit corp⁹ nõ puꝝ: sed plenũ supfluitatib⁹ vel hñs aliqd mẽbrũ ↄbile: tunc balneũ saltẽ aque dulcis nocet eis: & facit nocumẽta que hic enumerat Aui. nã fac̃ ↄscẽdere facile supfluitates ad mẽbra ↄbilia. Et cã hec est triplex. Prima est qr balneũ addit in motu materie: qr ipsum magis cõmouet & agitat: & per ↄñs citius fluit ad locum debilem. Scd̃a est: qr aperit & ampliat vias: & sic pparat viã humoribus vt fluãt ad locum. Tertia: qr resoluit virtutẽ illius mẽbri debilis. Quarta: qr rarefacit mãm & subtiliat ppter caliditatẽ eius: & iõ facit ipsaz magis aptã ad fluxũ. hoc fac̃ balneum aque dulcis: sed balneum aque salse faceret ↄ̃rium exiccãdo vel aque sulphuree que habent magis hoc euacuare &c̃.

¶ Balneũ q̃z diuersas hꝫ a pte aquaꝝ que in ipso fluunt. Si eni fuerit nitrose: aut marine: aut sulphuree: aut cineritie: aut salse nã: aut igenio. s. q in eis aliqd hoꝝ apponat: aut i eis coquat sicut staphisagria: aut sic bacce lauri: aut sicut sulphur: aut his silia: resoluẽt & subtiliabũt & auferẽt laxitatẽ & ꝓhibebũt humoꝝ descẽsionẽ ad apata & venam habẽtibus ciuilem cõferunt.

¶ Postq̃ ↄterminauit de opõnib⁹ balnei facti ex aq̃ dulci: hic determinat de opõnib⁹ balnei que fiunt ex aqs nõ dulcib⁹. Et p̊ pponit diuersitatẽ opõnũ eius in gñali. Scd̃o exeqtur de eis in spãli. 2ᵃ ibi (Si eni fuerint nitrose.) Et hec scd̃a i duas. Et p̊ ↄter. diuersas opõnes istoꝝ balneoꝝ aquarũ nõ dulciuz. Scd̃o ponit quedã gñalẽ canonẽ obseruãdũ in omni balneo. 2ᵃ ibi (Qui aũt in terminis.) Prima in duas. Primo oñdit in gñali diuersitatẽ opõnũ balnei ex diuersitate aquaꝝ nõ dulciũ. Scd̃o de illis ↄterminat i speciali. 2ᵃ ibi (Eree võ aque.) ¶ Notãdũ circa illud (Marine aut cineritie.) q aque cineritie fiunt hoc mõ q coquit cinis cũ aq̃: & qñ bñ est ĩpressa virt⁹ cineris in aqua exhit illud grossuz de cinere qd residet in fundo: & postea iteꝝ ponit in eadẽ aqua adhuc de cinere alio ↄcoquit & grossuz ꝓijcit: & sic fit ter vel quater vel pluries q̊usq partes multe subtiles & aduste misceant bñ cũ aq̃ & efficit fortior ꝫm fortitudinẽ cineris; & cinis est fortꝫ ꝫm q fit de lignis aptis ad hoc: nã ex qbusdã lignis fit fortis vt de cereto quercu & robore & silib⁹: ex qbusdã aũt ↄbilis vt de salice vel palleis & silibus.

¶ Et ꝓhibebũt humoꝝ ↄscensionẽ &c̃. Circa qd diceret aliqs nõ videt q ꝓhibeant fluxuz humoꝝ ad apata: qr iste aque subtiliatiue sunt: & per ↄñs faciẽt humorẽ magis fluere ipm colliquãdo & subtiliãdo. Dõm ad hoc per expõnẽ littere q ꝓhibebũt. i. ꝓhibitionẽ facient per viã resolõnis materie que dꝫ fluere ad apata causanda. Et ideo notãdũ q balneatio talis aque nõ dꝫ fieri sup locũ debilem & apandũ: qr tũc magis attraheret humores ad locuz illum debilẽ: sed in locis anteriorib⁹ a qbus materia fluit: & tunc duo faciũt ex qbus ꝓhibet fieri apostema: nã resoluunt mãm & ipsaz diuersificant diuertũt ad alias partes ↄ̃rias ppter calĩtatẽ: nã ipsaz subtiliãt & resoluunt vel expellunt. ¶ Et venã hñtib⁹ ciuilẽ.) Iuxtã qd notãdũ sicut apparet per Aui. 4. cano. vena ciuilis & vena medena sunt idẽ: vñ dr̃ medena a ciuitate meda: qr illi de illa ciuitate maxime incurrebant hanc passionem: & est pustula quedaz a qua egredit q̃si cõtinue aliqd ad modũ fluxus vene: & illud qd egredit mouetur aliqñ adeo q putatur q sit animal: vel dubitat vtruz sit aĩal vel nõ: mõ iste aque ↄferũt hñtibus talẽ pustulã: qr resoluunt subtiliant & exiccãt illã mãm melĩcaz: quare cõferunt &c̃.
Dubm 6m

¶ Eree võ aque & ferree & salse ẽt iuuãt in egritudinibus que sunt ex frigiditate & humiditate & in dolorib⁹ articuloꝝ & podagre. Et conferunt laxitati & asmati & egritudinibus renum & fracture: restaurationem fortẽ efficiunt & cõferunt carbũculis & vlceribus.

¶ Hic ↄter. in spãli de diuersitatib⁹ opõnũ istaꝝ aquaꝝ nõ dulciuz qñ ex eis fit balneũ & quatuor facit. Qr p̊ ↄterminat de effectibus aquaꝝ mineraliũ. Scd̃o de operationibus aquaꝝ aluminosaꝝ. ibi (Aquis aluminosis.) Tertio sulphurearum. ibi (Sulphuree võ.) Quarto de opõnib⁹ balnei aque maris. ibi (Marine ãt aque &c̃.) Prima in duas: qr p̊ oñdit in gñali quales opationes fiũt ab aqs mineralib⁹. Secũdo hoc facit in speciali. ibi (Et enee quidẽ &c̃.)

¶ Sꝫ statim tu dices h̄ est falsuz: qr hic dicit. s. q iste aque iuuẽt in egritudinib⁹ fridis & humidis: qr oẽs iste aque pter salsas sunt frigide: g̃ nocẽt egritudib⁹ fridis & hũidis & arteticis & podagricis & paralyticis. Itẽ nocere vident asmati cõstringẽdo vias anhelit⁹: qr oẽs iste aque exiccãt. Itẽ vident nocẽ carbũculo: qr carbunculus fit ex siccitate materie: & iste aque exiccãt. Itẽ qũo pñt egritudinib⁹ cõferre cũ sint diuersaꝝ nãrũ: nã qdã sũt calĩe & sicce vt carbũculus: qdã fride & hũide vt artetica & silia cũ ↄ̃rijs morbis cõpetãt cõtrarie cure. Ad hec oĩa dõm q iste aque ↄferũt egritudinib⁹ causatis ex friditate & humiditate. Sꝫ notãdũ q hoc faciunt diuersimode: nã aque ferree & eree cõferũt: & hoc dico maxime si apponat sup mẽbrũ ĩfirmũ cõfortãdo calorẽ pp eaꝝ stipticitatẽ & fluxui resistẽdo: sed alie aque puta salse cõferunt si apponant sup mẽbra ex qb⁹ fluũt humores anteq̃ fluãt: qr resoluũt & exiccãt: & iõ aque salse ↄferũt istis egritudib⁹ resoluẽdo & exiccãdo & cõfortãdo: & videre aque salse nõ cõpetũt in prin°: nec in augmẽto: nec in statu: qr plus attraherẽt de mã ad locũ: tñ bñ cõpetũt in fine vt resoluãt & exiccẽt vlcera: ferree aũt nõ in fine sꝫ in p̊n° & augmento: sic ↄferũt oẽs iste aque egritudib⁹ humidis exiccando: & paralysi & asmati qr exiccant: & p hoc appet solĩo ad oĩa illa. Tñ de carbũculo notãdũ q p carbũculũ nõ ĩtelligo hic apa magnũ factuz ex melĩa adusta: vt cõiter accipit carbũculus: qr iste aque mag̃ nocerent ei q̃ ꝓdessent: sed per carbũculuz ĩtelligo pustulas puas a qbus egredit aliq̃ humiditas virulẽta ad modũ carbũculi: & istis pustulis conferũt iste aque exiccãdo: & iõ expone. Et cõferũt carbũculis & vlceribus. i. pustulis vlcerosis similibus carbũculo.
Dubm 7m

¶ Et enee qdẽ ori ↄferũt & vuule & oculo laxo & humiditatib⁹ auris. Ferree võ stomachuz iuuãt & splenem. Et nitrose quidẽ & salse capitibus & pectori auxiliuz p̃bent que materias recipere solent: & conferunt stomacho humido & hñtib⁹ hydropisim & inflationem.

¶ Hic ↄterminat de opationibus istaꝝ aquaꝝ mineralium in speciali. Et posset diuidi in tres partes. Quia primo ostẽdit opatiões eneaꝝ. Secũdo ferrearum. ibi (Ferree võ.) Tertio simul nitrosarum & salsaruz. ibi (Et nitrose qdem.) Sꝫ legant oĩa simul.

¶ Aquis aluminosis & attramẽtalib⁹ balneari confert sputo sanguineo & egressioni sanguinis ab ano & menstruis & nausee & vomitui sine cã & cacesie & multo sudori. Sulphuree võ aq̃ neruos mũdificant & dolores distẽsiõis & spasmi sedãt & corpis supficiẽ a bothor et

vlceribꝰ malis antiqs ⁊ signis violaceis mūdificāt ⁊ a pāno ⁊ morphea ⁊ albaras ⁊ resoluūt sup̄fluitates ad iūcturas ⁊ splenē ⁊ epar ꝺ̄scēdētes ⁊ vulue duritiei cō-ferūt: ꝟ stōchū laxāt ⁊ desideriū deijciūt. Marine aūt aque caput eiꝰ q in eis balneat̄ replēt. Jōq3 qui in eis balneat̄ caput in ipsis ponē nō dȝ: ⁊ in eis tēpore post tempus eoꝝ calefiunt cōplexiones ⁊ proprie matrix et vesica ⁊ colon: ⁊ ideo oēs sunt male ⁊ graues.

¶ Hic ꝺ̄ter. de effectibꝰ aquaꝝ alumīosaꝝ ⁊ attramētalibꝰ. i. in q-bus est virtꝰ vitrioli: nō q2 in eis ꝺ̄n̄et̄ vitrioluȝ: ſ3 q2 hȝ aliqs ptes ferreas que hn̄t virtutē vitrioli. (Et cacesie.) i. disponi ad hydro-pisim. (Et multo sudori.) s. ꝓhibēdo ipm pp stipticitatē earum.

Dubm 8m ¶ S3 tu dices quō ꝯferūt cacesie cū sint stiptice: ⁊ cacesia fit ex su-perflua humiditate. Dōȝ ꝙ ꝯueniūt ei q2 exiccāt. Jtē q2 hn̄t ꝯfor-tare mēbra p̄ncipalia. s. epar ex cuiꝰ. s. epatꝭ defectu ꝓuenit cace-sia. Jtē hn̄t mēbra ꝯſuare exteriora ne recipiāt illas hūiditates.

Dubm 9m ¶ Jtē dubitaret aliqs. Nō vr̄ ꝙ aque sulphuree valeāt duritiei vul-ue: q2 cū ipse exiccare hēant magꝭ īdurabūt eā. Dōm ꝙ 2x accidit durities in vulua. Una q̄ fit a siccitate ⁊ isti nō ꝯfert: ſ3 magꝭ noce-ret ⁊ de ista nō intelligit. Alia est que fit ab humoribꝰ fridis ⁊ gros-sis ⁊ viscosis ⁊ talibus est cōueniens: q2 ipsas subtiliat ⁊ resoluit: ⁊ sic itelligit hic. (S3 stōchū lassant.) i. ꝺ̄bilitant ⁊ non accipit hic lassare ꝓ mollificare eo ꝙ ipse nō mollificāt ſ3 exiccāt ⁊ resoluūt.

Dubm 10m ¶ Jtē diceret aliqs. Nō vr̄ ꝙ aq̄ marine repleāt caput: q2 supra di-ctum est ꝙ aque salse sunt subtiles ⁊ habēt resoluere: sed cū aqua maris sit salsa: ideo non hȝ replere. Dicēdum est ad hoc ꝙ aq̄ ma-ris cū hoc ꝙ est salsa: tamen habet aliud q̄3 alie aque salse: q2 cum hoc est grossa: ⁊ ideo est stiptica ꝓpter admixtionem partiū ter-restrium: ⁊ ideo facit oppilationes: ⁊ ideo accidit ꝙ replet caput: sed alie aque sunt subtiles magis: ⁊ ideo hoc non facerent.

¶ Qui autē in thermis voluerit balneari oportebit vt balneet̄ in eis qete ⁊ suauiter ⁊ ordiatim ⁊ nō subito.

¶ Hic ponit quēdā cañ. generalē obseruandū in omni balneo.

¶ Et nos fortasse reiterabimus in caplō de ꝯseruatiōe sanitatis sermonē de esse balnei: ⁊ ꝯtinuādum erit qꝺ ibi dicemus ei qꝺ hic ante diximus. Et similiter loque mur cum de potu aque frigide tractabimus.

¶ Hic ꝓ sufficiētiori ꝺ̄terminatione dictoꝝ remittit ad aliū locuȝ. Circa hoc notādū cū dicit (Cū de potu aque frigide ⁊c̄.) ꝙ non de-bet intelligi sicut sonat: q2 nō ꝺ̄terminauit ibi de potu aque frigi-de: ſ3 expone de potu: de balneo aque frigide que aqua frigida dr̄ potus frigidus: tn̄ ineptus modus loquendi fuit ⁊c̄.

¶ De his que proueniunt ex vsu solis. Cap. 20m.

In arena sepeliri ⁊ volutari in ipsa ⁊ ī olō bal neari: ⁊ sup̄ faciē aquaȝ rorare ⁊ in sole calō fricari: ⁊ p̄cipue se mouēdo: ⁊ quāto plus mo uēdo se motu forti sic̄ cito eūdo ⁊ saliēdo est ex eo ꝙ sup̄fluitates vehemēter resoluit ⁊ diminuit ⁊ sudorē effic̄ ⁊ iflationē egredi fac̄ ⁊ soluit apāta laxa ⁊ hydropisim: ⁊ ꝯfert in asmate ⁊ in aeris attractōe in q̄ est nec̄e alas tēdere ⁊ resoluit dolorē antiquū fridū ca pitꝭ ⁊ cerebrū: cuiꝰ ē cōplō frida fortiꝰ effic̄. Cū āt qꝺ ē sub eo nō fiet lētū: ꝟ remanebit eiꝰ locꝰ siccꝰ ꝯfert dolo ribꝰ scie ⁊ renū ⁊ doloribꝰ lepre ⁊ suffocatiōibꝰ mr̄icis: ⁊ mūdificat matricem. Qꝫ si aliqs in sole steterit īspissa bit corpus ⁊ indurabit ⁊ exiccabit ipsum: quēadmodū cauteriū supra poroꝛuȝ orificia ⁊ prohibebit resolōnē.

¶ Postq̄3 ꝺ̄terminauit de vna re annexa exercitio. s. de balneo: hic ꝺ̄terminat de alia. s. de fricatiōe. Et notādū ꝙ nō ꝺ̄terminauit hic de fricatiōe directe: q2 de ipsa ꝺ̄termiābit in libris p̄ticularibꝰ vt de fricatiōibꝰ cū pānis rigidis ⁊ hmōi: ſ3 soluȝ ꝺ̄terminat de qbus-dā annexis fricatiōi de qbꝰ postea nō ꝺ̄terminabit: ista aūt ānexa fricationi sunt q̄tuor ⁊ duo facit. Primo deter. de istis quatuor in gn̄ali. Scōo in spāli. ibi (Et sudorez efficit.) No. ꝙ h̄ dȝ referri ad sepeliri ⁊ in arena ⁊ ad balneari in oleo: nō aūt ad aspersionem aq̄ frigide: ſ3 illa aspersio aque frigide est cā resolōnis īquātū cōfor-tat virtutez que postea superfluitates expellit: ⁊ hoc est p̄ accñs.

¶ Notādum ꝙ ex istis app̄et solō cuiusdaȝ ꝓblematis ꝙ mouet Ari. in. 2. p̄ti. 10. ꝓblemate. s. q̄re q stāt in sole calido multū cū pau cis pānis nō sudāt: q2 fortis calor cōstrīgit ⁊ coartat poros: ⁊ si qd resoluit in fumū īsensibilē ſ̄btiliat vel ꝯsumit ⁊ sudorē nō efficit.

¶ Jn sole aūt in vno loco morari est deteriꝰ in aduren do cutē q̄3 in ipso ambulare ⁊ est plus ꝓhibens reso-lutionem. Et arene quidem que in desiccando humo-res sunt fortiores in parte cutis sunt arene marine. Et est cum sup̄ eas calās existentes sedent: ⁊ est cū in eis sepeliunt̄. Et est cū super corpꝰ paulatim aspergunt̄ et resoluunt dolores ⁊ egritudines p̄dictas in caplō de sole. Ad vltimū v̄o vehementer exiccant corpus.

at in resol uendo

¶ Hic ꝺ̄termi. in spāli de istis quatuor annexis fricationi. Primo de effectibꝰ fricatiōis morādo in sole. Scōo ꝺ̄ effectibꝰ volutatio-nis ⁊ exiccatiōis ī arena. ibi (Et arene qdē.) Tertio ꝺ̄ effectibꝰ fri-catiōis ī oleo. ibi (Semicupiū v̄o.) Quarto ꝺ̄ effectibꝰ sparsiōis aq̄ sup̄ faciē. ibi (Faciē v̄o.) Pria ī duas. Prio ponit effectꝰ q fiunt in sole qn̄ nō sup̄flue morat̄. Scōo qn̄ superflue morat̄. ibi (Qꝫ si ali-qs.) ¶ Juxta ē (Et egritudiēs p̄dictas in cap̄ de sole.) i. in sermo-ne de fricatione facta ad solē sicut sonat: q2 de sole nō facit caplꝫ ⁊ dicit egritudines predictas. i. apostemata laxa ⁊ hydropisim ⁊c̄.

¶ Semicupiū v̄o igredi plenū ex tali quale est oleū est cū cōfert laxitudinē hn̄tibꝰ ⁊ febres patiētibꝰ lōgas fri gidas ⁊ eis qui cū febribꝰ dolores hn̄t neruoꝝ ⁊ articu loꝝ ⁊ hn̄tibꝰ spasmū ⁊ cuzez ⁊ vrine retētionē. Et opȝ vt oleum extra balneum sit calefactuȝ. Qꝫ si in ipso vul pes cocta fuerit: aut dalion ⁊ factum fuerit quēadmo dum noīauimus erit medicamen melius qꝺ eē poterit in dolorē habētibus iuncturarum ⁊ podagram.

¶ Hic ꝺ̄termiat ꝺ̄ effectibꝰ fricatōis in oleo vbi dicit (Aut dacty-lon.) Aliq dicūt ꝙ ē spēs vulpis aliq ꝙ ē spēs lupi aliq ꝙ ē talpa.

¶ Faciē v̄o madefacere ⁊ super ipsam aquā rorare vir tutem viuificat que est laxata a nocumento ⁊ inflāma tione febriū ⁊ cū adest syncopis. Et ꝓprie ex aqua ro-sacea ⁊ aceto. Et est etiam cum desiderio medicatur ⁊ ipsum erigit: ⁊ obest reumatismos patientibus: ⁊ dolo rem frigidum capitis habentibus.

¶ Hic ꝺ̄termiat de effectibꝰ sparsiōis aque sup̄ corpꝰ: circa qꝺ no tādū ꝙ ex hoc appȝ ꝙ in causone ⁊ in febribꝰ fortiter adurētibꝰ nō est īcōueniēs ꝙ caput ⁊ extrema ponant̄ in aq̄ frigida qꝺ virtutē corroborat ⁊ ꝯfortat: lȝ aūt habeāt hec ꝓ īcōueniēti. (Et ꝓprie ex aqua rosacea ⁊ aceto.) supple q2 cōfortat rōne sue stipticitatis et aromaticitatis: ⁊ acetū q2 facit penetrare. (Et est cū ꝺ̄siderio ap-petitus.) i. q2 appetitui cōfert pp roborationē quā facit in calore īnato. (Et dolorem frigidum capitis.) q2 adauget morbum.

¶ Sūma scꝺa ad numerādum vnāquāq3 cām cuiusq3 accidentium corporalium que. 29. continet caplā.

¶ De causis calefacientibus. Cap. pm.

Calefacientium multe sunt cause: ex qbus sunt nutrimētum in quātitate temperatū ⁊ motꝰ tēperati in qbꝰ igrediunt̄ exercitia tē-perata: ⁊ tēperata fricatio: ⁊ tēperata com plexio ⁊ vētosaꝝ absq3 scarificatione posi-tio. Que eni cū scarificatiōe est ifridat pp eūonē. Mo tus ēt qui parumper p̄tinet fortitudini ⁊ multitudini: ⁊ neq3 est sup̄fluꝰ ⁊ nutrimētū calꝫ ⁊ medicia calā ⁊ bal-neū tēperatū: sicut sciuisti qꝺ suo aere ⁊ aqua calefacit ⁊ artificiū calefaciēs ⁊ nō sup̄flue calefaciētiuȝ obuia-tio sicut aerū ⁊ emplastroꝝ ⁊ vigilie equales ⁊ somnus tēperatꝰ ꝟm cōditionē p̄dictā. Et ira ꝟm oēm dispōnē ⁊ tristitiā cū nō tāta fuerit vt ifrigidet ⁊ gaudiuȝ tēpe-ratū. Et est ēt putredo cuiꝰ ꝓprietas est vt caliditateȝ ex̄neā euenire faciat ⁊ nō ampliꝰ: ⁊ ciꝰ qdē opō ē aliō

a calefactione

a calefactõe absoluta ⁊ ab adustiõe. Calefacẽ nãq3 minus ẽ ꝓculdubio q̃3 adurẽ: multotiẽs. n. accidit ⁊ nõ efficit putrefactionẽ: ⁊ ẽ cũ añ putrefactionẽ accit. Putrefactio. n. sepe accidit cũ ĩ cõpe remãet postq̃3 ab eo cã ex̃nea calefaciẽs sepat̃ ⁊ calitas ex̃nea in mã hũida accẽdit̃ ⁊ eiꝰ hũiditatẽ mutat ab eo qꝺ cõplõni subest ĩ q̃ ẽ erat ꝯueniẽs: ita ꝙ eã ad aliã cõplõnũ spãliũ nãliũ nõ ꝯtit. Est nãq3 cũ calitas ⁊ hũiditas mutant̃ ab h ꝙ vni cõplõni ꝯueniũt ⁊ fiũt alij cõplõnũ nãliũ cõgrue: qꝺ qdẽ nõ ẽ putrefacẽ ꝫ digerẽ. Adurẽ vͦo ẽ vt suba hũida a sicca separet̃ suba: ita ꝙ illa sublimet̃ ⁊ ista descẽdat. Calefacẽ aũt simplr̃ est vt oẽs humores fm suas spãles remaneãt nãs: ꝫ plus fiãt cali. Et ꝺ calefaciẽtibꝰ qdẽ est spissitudo supficiei corpis: calefacit eni ꝓpterea ꝙ vaporẽ retinet: ⁊ raritas intꝰ in corpe: q2 calefac̃ ꝓpterea ꝙ vaporẽ dilatat. Gal. ãt has oẽs cãs in q̃nq3 gñibꝰ cõprehendẽ ꝯsueuit. s. motu nõ supfluo ⁊ obuiatiõe eiꝰ qꝺ nõ supflue calefacit ⁊ mã cala que corpori aduenit ⁊ spissitudine ⁊ putrefactione.

¶ Sic dcm̃ fuit ĩ pñͦ huiꝰ 2ᵉ fen: ĩtẽtio Aui. ĩ hac 2ᵃ fen erat qdẽ ꝺterm̃iare ꝺ tribꝰ dispõnibꝰ. s. cãrũ ⁊ accidẽtiũ ⁊ iã se expediuit de vna. s. cognitiõe dispõnũ vsq3 ibi. s. (Cã dispõnis corpis ⁊c̃.) ⁊ ibi ĩcipit ꝺter. ꝺ cãis ⁊ ĩ ꝺterminãdo ꝺ cãis iã ꝺtermiauit ĩ se ⁊ absolute ꝺ eis ⁊ ꝺ diuersitatibꝰ eaꝝ ĩ se. mõ ĩ ista pte ĩtẽdit ꝺtermiare ꝺ cãis ⁊ ꝺ diuersitatibꝰ eaꝝ rõne dispõnũ ⁊ accñtiũ ꝯsequẽtiũ dictas cãs: ⁊ h ñ ẽ aliꝺ nisi ꝺtermiare ꝺ cãis applicãdo ad dispões q̃ sũt sanitas ⁊ egritudo ⁊ neutralitas ⁊ ad accñtia. ⁊ iõ dic̃ rubrica. Sũma 2ᵃ ad numerãdũ vnãquãq3 cã3 eiusq3 accñtiũ corpaliũ. Propt̃ qꝺ ꝯsiderãdũ sic̃ appet 3ͦ ꝺ accñti ⁊ morbo ca. p̊. accñs põt 2ʳ ꝯsiderari. Unoͦ gñalr̃ ꝓut se extẽdit ad cãm morbũ ⁊ accñs. ⁊ h mõ dĩ de cã morbo ⁊ accñte. Proprie dico: ⁊ h mõ dĩ accñs ois res ꝑter nãm: ⁊ h mõ sumit̃ hic ⁊ ĩfra: ⁊ q2 accñs large dcm̃ dĩ de cãis morbis ⁊ accñtibꝰ: iõ rõne diuersitat̃ istaꝝ ꝺtermi. ꝺ cãis applicãdo eas ad accñtia ꝓut accñs accipit̃ ꝓꝓe ⁊ ad dispõnẽ cõem ꝑter nã3. s. morbũ cõplõnis cõpõnis ⁊ vnitat̃: ⁊ circa hec duo fac̃. Quia p̊ ꝺtermiat diuersitates cãrũ ex relõne ad dispõnẽ. s. oñdẽdo q̃uo sĩt cãe malitie cõplõnis cõpõnis ⁊ solõnis ꝯtiuitat̃. Scꝺo ꝺteriat ꝺ diũsitatibꝰ cãꝝ ĩ relõne accñt̃. ibi (Et qm̃ dolor ẽ vna ex dispõnibꝰ ⁊c̃.) Pria ĩ duas: q2 morboꝝ qdã sũt simplices ⁊ qdã cõpositi. simplices sũt ĩ qbꝰ vnũ genꝰ morboꝝ repit̃. cõpositi aũt sũt in qbꝰ ꝯgregant̃ aliq̃ vl' oĩa gña istoꝝ morboꝝ sil'. Et iõ duo fac̃: q2 p̊ ꝺteriat ꝺ morb simplicibꝰ. Scꝺo ꝺ cõposit̃ mõbis: ⁊ q2 ĩter morbos cõpositos apa maxᵉ aggregat oĩa gña morboꝝ. s. malã cõplõnẽ ⁊ malã cõpõnẽ ⁊ solõnẽ ꝯtiui: iõ ꝺteriat. 2ͦ ꝺ cãis gnõnis apa. ibi (Haꝝ cãꝝ ⁊c̃.) Pria ĩ tres: q2 p̊ ꝺteriat ꝺ cãis malitie cõplõnis. Scꝺo malitie cõpõnis. ibi (Ex cãis figurã corrũpẽtibꝰ.) Tertio solõnis ꝯtinuitat̃. ibi (Iste qdẽ sunt aut extrinsecus.) Pria in quatuor: q2 primo determi. de causis calefaciẽtibꝰ. Scꝺo de causis infrigidãtibꝰ. ibi (Infrigidãtiũ.) Tertio humectãtibꝰ. ibi (Humectantiũ.) Quarto exiccãtibꝰ. ibi (Exiccantia quoq3 ⁊c̃.)

¶ De infrigidantibus. Cap. 2ᵐ.

Infrigidãtiũ ẽt multe sũt spẽs. s. motꝰ supfluꝰ q calorẽ inatũ supflue resoluit. Et q̃es supflua qm̃ coadunat ⁊ claudit calorẽ ⁊ nutrimẽtum multũ ⁊ supflusi comestũ aut ebibitũ. Et eius supflua paucitas ⁊ nutrim̃tũ fridũ ⁊ medicia frida. Et obuiare ei qꝺ supflue calefac̃ ex aeribꝰ ⁊ emplis ⁊ aq̃s thermaꝝ: h. n. laxãt corpꝰ ⁊ resoluit̃ ab eo calor inatꝰ. Et obuiare ei qꝺ tẽpate calefac̃ lõgo tpe sic̃ multa in balneo mora ⁊ spissitudo multa: qm̃ calorẽ suffocat ĩnatũ. Et obuiare ei qꝺ f3 potẽtiã ĩfridat ⁊ ĩ pñti hora calm̃ existat. Et retẽtiõis supfluitas: qm̃ calorẽ suffocat inatũ. Et ĩ euõne supfluitas: qm̃ inati caloris mã3 ꝺstruit ꝓpea ꝙ spũs eã ⁊ oppilõnes q̃ sũt ex supfluitatibꝰ sequunt̃. Et ꝺ illis ẽ vehemẽter stringẽ mẽbra ⁊ vt stricta ꝑmaneãt: qm̃ ĩfridat ⁊ ꝓpea ꝙ caloris viã claudit. Et tristitia supflua ⁊ timor nimius ⁊ gaudiũ nimiũ ⁊ delitie supflue. Et artificiũ ĩfridãs ⁊ cruditas que putrefactioni est opposita. Gal. vͦo medicoꝝ priceps eas in sex solet cõprehendẽ cãs. s. motu supfluo ⁊ q̃ete supflua ⁊ obuiatione eiꝰ qꝺ ĩfrigidat: aut qꝺ vehementer calefacit donec resoluat ⁊ mã infrigidãs ⁊ vehemẽtia spissitudinis ⁊ nimia nutrimenti paucitas.

¶ De humectantibus. Cap. 3ᵐ.

Humectãtiũ mlt̃e sĩt cãe. Ex eis nãq3 ẽ sic̃ q̃es ⁊ somnꝰ: ⁊ illꝺ ẽt retinẽ qꝺ euãri solebat ⁊ humorẽ siccãtẽ euãre ⁊ nutrimẽtũ multũ ⁊ hũectãs nutrim̃tũ ⁊ medicia hũectãs ⁊ hũectãtibꝰ obuiar̃ ⁊ p̃cipue balneo ⁊ post comestionẽ ꝓꝓe. Et obuiar̃ ei qꝺ infrigidat: qm̃ humorem retinet. Et obuiare ei qꝺ calefactione tenui calefacit: quonia3 humorem currere facit ⁊ gaudium temperatum.

¶ De desiccantibus. Cap. 4ᵐ.

Desiccãtia quoq3 sunt multa velut motꝰ ⁊ vigilie ⁊ vehemẽter euãre ⁊ ex eis est coitꝰ. Et nutriẽtiũ paucitas ⁊ vt sint sicca. Et medicie desiccãtes ⁊ motuũ aialiũ frequẽtia ⁊ ꝺsiccãtibꝰ obuiare. Et ex illis ẽ in aq̃s balneari stipticis. Et ex eis est frigus qꝺ ꝯgelat: qm̃ ꝓhibet mẽbrũ sibi nutrimẽtũ attrahẽ: ⁊ ꝓpterea ꝙ ipm̃ ꝯstringit q̃re oppilationes in eo accidũt que nutrimẽtũ penetrare nõ ꝑmittũt: ⁊ ex eis est obuiare ei qꝺ est caloris vehemẽtis qui superflue resoluit donec ex eis est multũ balneari.

¶ De causis figurã corrũpẽtibus. Cap. 5ᵐ.

Ex causis figurã corrũpẽtibꝰ sunt cãe que in p̃ncipio creature acciderũt ꝑꝑ q̃s ꝺtuti ĩformatiue: aut digestiue q̃ sũt in ꝑmate sue operationis cõplemẽtũ defecit. Et ex eis sũt cãe que accidũt cũ a m̃rice separat̃. Et ex eis sunt cãe que accidũt cũ ĩfans ligat̃ ⁊ cũ tenet̃. Et alie cãe primitiue que extrĩsecus adueniũt sicut casus aut ꝑcussio. Et ex eis sũt cãe que accidũt ꝓpterea ꝙ se vult mouẽ antequã mẽbra durescãt ⁊ antequã ambulare possit. Et ex eis sunt cãe egritudinales sic̃ lepra ⁊ ptisis ⁊ spasmꝰ et extẽsio ⁊ paralysis. Et est cũ ꝯuenit ꝑꝑ pĩguedinẽ nimiã. Et est cũ accidit ꝓpter supfluã maciẽ: ⁊ est qñ ꝓpter apostemata: ⁊ est quãdo ꝓpter infirmitates sitꝰ: ⁊ est qñ accidit ꝑꝑ ꝯsolidationis vlcerũ malitiã.

¶ Hic ꝺter. ꝺ cãis morboꝝ q̃ accidũt ĩ nã officiali. Et tria fac̃: q2 p̊ ꝺter. ꝺ cãis morbi q accit ĩ plasmate. Scꝺo eiꝰ q fit ĩ situ. ibi (Remotio.) Tertio eiꝰ q fit ĩ q̃titate vl' magnitudĩe. ibi (Eoꝝ cãe ⁊c̃.) ꝺ cãis ãt morbi q fit ĩ nuõ ñ ꝺter. h. Cã ãt q̃re ꝺ eis ñ fac̃mẽtionẽ põt eẽ 2ʳ. aut q2 sũt mag̃ ꝑticulares: ⁊ iõ resuat ad 3ᵐ. vel q2 ꝺdit ĩtelligẽ eis ꝑ cãs morbi ĩ q̃titate. vel q2 hec trãslatio ĩ h ẽ diminuta vel culpa trãslatoria. vel 3ͦ: q2 ex sup ꝺtermiat̃ facile põt haberi. Pria ĩ tres: q2 p̊ ꝺterminat ꝺ cãis ꝑmutatiõis figᵉ. Scꝺo sil' ꝺter. de cãis ꝑmutatiõis ĩ via vel receptaculo. ibi (Oppilatio accidit.) Tertio ꝺter. de cãis ꝑmutatiõis in supficie. ibi (Aspitas accidit.)

¶ De cãis oppilõnis ⁊ coãgustatiõis cãnaliũ. Ca. 6ᵐ.

Oppilatio accidit: aut ꝑꝑ cã3 ex̃neã q̃ ĩ cãnali cadit: ⁊ h aut erit ex̃neu3 in suo gñe sic̃ lapis: aut ex̃neũ in q̃titate sui sic̃ fex multa: aut ex̃neũ in sua q̃litate: ⁊ h erit aut ꝓpter suã grossitiẽ: aut viscositatẽ: aut q2 est ꝯgelatũ sicut sanguisuga illa que ꝯgelata est. he qdẽ sunt ꝑtes eiꝰ qꝺ oppi-

lat: ꝓpterea ꝙ in cãnali cadit ex quib⁹ sunt que in suo loco in cãnali fixa manẽt: ⁊ est ex eis qꝺ in suo loco est mobile. Et est cũ accidit oppilatio ꝓpterea ꝙ clausuʒ fuit foramen ꝓpter vlceris cõsolidationẽ qꝺ in ipso factũ fuit: aut ꝓpter nascẽtiã addite rei sicut carnis verrucose claudẽtis: aut qꝛ cãnale ꝑꝑ apatis cõprimẽtis vicinitatẽ cooperit̃: aut ꝓpter cõstrictionẽ que fit ꝓpter forte frigus: aut ꝓpter vehementeʒ siccitatẽ: que ꝓpter stipticantia accidit: aut propter virtutis retentiue fortitudinẽ: aut ꝓpter forteʒ ligaturã. In hyeme quoqꝫ multe fiunt oppilationes ꝓpterea ꝙ superfluitates multũ retinentur: ⁊ propterea ꝙ frigus stringit.

¶ Hic determi. de causis permutationis vie ⁊ receptaculi simul. ⁊ qꝛ duplex põt esse peccatũ. s. vel superflua cõtentio vel superflua dilatatio. Ideo primo determi. de causis primi peccati. Scðo secundi. ibi (cãnalis.) In quo differat via a receptaculo ⁊ in quo conueniat: ⁊ quare de eis simul determinat dicatur.

¶ De causis amplitudinis cannalium. Cap. 7m.

Cannalis ãpliat̃ aut ꝑꝑ retẽtiue ꝺbilitatẽ: aut ꝑꝑ fortẽ expulsiue motũ. Et ex h̃ qdẽ mõ est ãhelitũ retinẽ: aut ꝑꝑ medicias apiẽtes: aut ꝑꝑ medicias laxãtes cal'as ⁊ hũidas. Et cannales qdẽ ex ꝯrijs haꝝ cãꝝ coãgustãt̃ ⁊ ꝑꝑ oppil'ones

¶ Hic determinat de causis morbi facti in superficie: qꝛ isti sunt duo. s. superflua asperitas vel lenitas. Primo determi. de causis asperitatis. Secundo lenitatis. ibi (Lenitatis causa.)

¶ De causis asperitatis. Cap. 8m.

Asperitas accidit aut ꝑꝑ cãʒ medicie q̃ vehemẽter abstergit sua ĩcisiõe sic̃ acetũ ⁊ acetose supfluitates: aut sua resol'one sic̃ spuma maris ⁊ supfluitates acute: aut ꝑꝑ cãʒ stipticã q̃ exasperat̃ ꝑꝑ suã siccitatẽ sicut res põtice: aut frigide que exasperãt ꝓpterea qꝺ ꝯstrigũt: aut ꝓpter res terrestres que super membrũ iacent sicut puluis.

¶ De causis lenitatis. Cap. 9m.

Lenitatꝫ cã aut est glutinãs ꝑꝑ sui viscositatẽ aut sõtil'r r̃soluẽs q̃ mãʒ subtiliat ⁊ ipaʒ currẽ facit ⁊ spissitudinẽ a mẽbri supꝑficie remouet.

¶ De causis dislocatiõis ⁊ sepatiõis a situ. Cap. 10m.

Membri remotio est: aut ꝑꝑ cãm extendenteʒ sicut cũ aliqꝺ trahit̃ mẽbrũ ⁊ extendit̃ donec dislocat̃: aut ex motu forti sup innixionẽ que mẽbrũ a loco suo remouet sic̃ cũ alicui⁹ pes flectit̃: aut cã laxans ⁊ humectãs queãdmodũ accidit in ramice: aut ꝓpter cãm ligamẽti substãtiã corrũpentem ipm corrodendo: aut putrefaciendo: aut laxũ reddendo: queãdmodũ in lepra accidit ⁊ sciatica.

¶ Hic deter. ꝺ cãis morbi in positiõe vel situ: sitũ aũt duo noĩat: qꝛ de loco ⁊ societate. Ideo p̊ ponit cãs morbi in situ rõne loci vt est dislocatio. Scðo rõne societatis. ibi (Causa eius est.) Tertio de cã morbi motus qui reducit̃ ad peccatũ situs. ibi (Eorum causa.)

¶ De cãis malitie vicinitatꝫ q̃ sepõnẽ ꝓhibet. Ca. 11m.

Causa eius est aut grossities: aut viscositas: aut spasmus: aut laxitas: aut hũoris siccitas in iunctura qꝛ ibi fit lapis: aut cum qua natus fuit.

¶ De causis malitie vicinitatis que dilatationem prohibet. Cap. 12m.

Ipsius cã est aut grossities: aut vestigiũ ĩcarnationis vlceris: aut spasmus: aut cũ qua nascit̃.

¶ Hic ꝺtermi. ꝺ cã remotiõis mẽbri a suo situ ꝓut accipit̃ ꝓ societate ⁊ duo facit, nã hoc põt accidẽ: vel qꝛ mẽbrũ huic sociatũ cũ altero debeat posse separi ab eo ⁊ nõ separat̃: vel ꝺbeat posse ꝯiũgi ⁊ nõ ꝯiungit̃. Prio deter. cãm primi. Scðo scði. ibi (Ipsius cã.)

¶ De causis motuũ nõ nãlium. Cap. 13m.

Horũ cã est: aut siccitas ꝺbilitãs sicut tremor siccus: aut siccitas spasmificãs sicut cã singultus sicci ⁊ cã spasmi sicci: aut supꝑficies calefaciẽtes: aut supꝑficies infrigidãtes: aut cãe virtutis viã claudẽtes mẽbro suã ꝓhibẽtes penetrationẽ cũ oppilatione: aut supꝑfluitates que nocẽt: aut ꝑꝑ suã friditatẽ sicut rigor ⁊ tremor: aut ꝑꝑ pũctioneʒ sic̃ horripilatio: aut ꝑꝑ caloris ĩnati submersionẽ: aut ꝑꝑ sui paucitatẽ: ⁊ ꝑꝑ illã accidit in musculoꝝ supꝑficieb⁹ friditas ⁊ ꝓuenit vẽtositas q̃ vult resolui ⁊ exire sicut saltus. Et nũc qdẽ dicemus ꝙ hec nocumẽtalis mã: aut erit vaporalis pauca ⁊ accidens ꝑꝑ eã alices: aut erit plus ea ⁊ ꝯtinget ꝑꝑ ipsam laxitudo penalis si fuerit quieta: aut ꝓueniẽt alie laxitudinis spẽs quas nominabim⁹ si fuerit mobilis. Qꝛ si fortior fuerit accidet inde horripilatio. Et si fuerit magis fortis ꝓueniet inde tremor. Et materia quidem ventosa cum in musculo tenetur prouenit propter ipsam pulsatio.

¶ De cãis augmẽti ⁊ magnitudis ⁊ nũeri. Cap. 14m.

Horũ cause sunt mãei multitudo ⁊ virtutũ attractiuarũ in seipsis fortitudo: aut virtutum attractiuarũ fortitudo ꝓpter fricatiõis adiutoriũ ⁊ calefactionis cũ emplastris sicut cum emplastro de pice ⁊ qꝺ ei assimilat̃. Et hoc quideʒ est magnitudini ꝓprium ⁊ non numero.

¶ De causis diminutionis. Cap. 15m.

He qdem sunt que: aut in principio ꝓuenerũt creature sicut mãei diminutio: aut virtutꝫ lactricis error: aut eius debilitas: aut nocumẽta que quãdoqꝫ extrĩsecus adueniũt sicut incisio: aut ꝑcussio: aut corruptio quã fecit frig⁹: ⁊ qñqꝫ ĩtrinsecus sicut herpes estiomenus aut putrefactio.

¶ Determinat de causis morbi in ꝗtitate. Primo de causis peccati ꝑ modũ augmẽti. Scðo ꝑ viã diminutiõis. ibi (Hec qdeʒ sunt.)

¶ Notãdũ sup illo v̓bo lactricis nõ est alia virt⁹ ꝗ̃ virt⁹ gñatiua: ideo dĩ lactrix spẽi ⁊ idoli decisi a corꝑe gñantis ei⁹ idoli virtute qꝛ operat̃ actũ gñõnis: sicut enĩ artifex spẽi quã hʒ in mente facit domũ: ita alia virtus gñatiua per talẽ idoluʒ ⁊ spẽm gñantis quã in se hʒ generat aliqꝺ simile cuius est illa species ⁊c̃.

¶ De causis solutionis ꝯtinuitatis. Cap. 16m.

Iste qdẽ sunt aut ĩtrinsecus aut extrinsecus. Que v̓o fiunt intrinsecus sunt humor comedẽs ⁊ cõburẽs: aut humectans ⁊ laxans: aut siccans ⁊ findens: aut sicut repletio ventosa pungens: aut humor extendẽs propterea ꝙ se ꝯstringendo mouet̃: aut penetrando in corpore ꝓpterea ꝙ fortis motus ipm separat: aut humor pungens. Et he quidẽ omnes: aut sunt propter motus fortitudinẽ: aut ꝓpter mãei multitudineʒ: aut sicut fortitudo mot⁹ expulsiue nõ ꝫm nãlẽ cursuʒ ⁊ sicut mot⁹ sup repletionẽ: ⁊ de his q̃ eis similant̃ est vox fortꝫ ⁊ salt⁹ ⁊ sicut apatũ apertio. Cause aũt q̃ extrinsec⁹ sunt sicut corp⁹ extendens vt funis ⁊ põdera: aut qꝺ incidit vt ensis: aut qꝺ adurit sicut ignis: aut qꝺ ꝯtũdit sicut lapis: qm̃ hmõi si vacuũ iuenerit ꝯtũdet: aut si repletũ receptacula findens: aut sicut corp⁹ qꝺ ꝑforat vt sagitta: aut qꝺ pungit: aut mordet sicut canis rabiosus: aut vipa aut hõ.

¶ De causis vlcerum. Cap.17m.

Cause vlcerũ sũt apostema qđ aperit̃: aut plaga que facit pus: aut bothoꝛ q̄ se comedunt.

¶ Hic đter.đ causis morbi q̄ fiunt in nã cõi q̄ est vnitas ⁊ duo facit. Prio đter. de causis ꝯtinuitat̃ in gñe. Scđo đter. de causis cuiusdã ꝯtinui in spẽ q̄ vocat̃ vlcus. ibi (Cause vlceruz.)

¶ De causis apostematum. Cap.18m.

Harũ cãrũ q̄dã sunt que sunt ex mã ⁊ q̄dã sunt ex dispõne mẽbri. Que v̄o sũt ex ꝑte mãei sũt replõnes ex sex reb9 ꝑ̄noiat̃: ⁊ q̄ ex ꝑte dispõnũ mẽbroꝝ sunt sicut virt9 mẽbri expellẽtis ⁊ debilitas mẽbri recipiẽtis: ⁊ qđ est ꝑ̄paratũ ad sup̄flui tates recipiẽdas. Aut ꝑꝑ sue subẽ nãz: qm̃ ip̄z sit creatũ sicut cut̃: aut ꝑꝑ sui laxitatẽ: sicut caro laxa q̄ est in trib9 reflexiõib9. s. post aurẽ in collo ⁊ in inguie. Aut ꝑꝑ viaꝝ q̄ ad ip̄z ꝑueĩũt dilatationẽ ⁊ earũ q̄ ab ip̄o vadũt coangustationẽ: aut ꝓpterea ꝙ iferi9 positũ est: aut ꝑꝑ sui ꝑuitatẽ: qm̃ illđ qđ ex cibo ad ip̄z venit colligẽ nõ v3: aut ꝑꝑ đbilitatẽ sui: qm̃ illđ qđ ad ip̄m venit ex cibo digerẽ nõ p̄ot ꝑꝑ nocumẽtũ qđ est in ip̄o: aut ꝑꝑ ꝑcussionẽ q̄ mãm in ipso retinet: aut ꝓpterea ꝙ resolõ ei9 deficit ei qđ ab eo resolui solebat ꝑꝑ exercitiũ: aut ꝑꝑ calorẽ sup̄fluũ q̄ est in ipso vñ ꝯ̄bit̃. Et ille q̄dẽ caloꝛ: aut est nãlis sicut carnis: aut nõ nãlis quẽ doloꝛ euenire facit: aut mot9 valde sup̄flu9: aut aliđ ex calefaciẽtib9. Ex fractura quoq3 peruenit ap̄a ꝑꝑ vnã ex istis reb9 q̄s ꝑ̄diximus sicut ꝯcussio ⁊ mẽbri cõp̄ressio ⁊ extensio cũ ip̄m os restaurat̃. In dente quoq3 pl'm fit ap̄a: qm̃ nutrimẽti recipit augmentuz ⁊ infusionẽ ⁊ putrefactionẽ: ergo recipit apostema.

¶ Uentose aūt que nocre superponunť obliuionē hereditare faciunt veraciter: sicut qdam dixerūt: qm̄ posterior pars capitis est locus cōseruationis quē vētose debilitāt. Alcheelie vͦo debilitant os stomachi.

¶ Ponit nocumenta vētosarꝫ. Et primo hoc. Scđo docet subuenire. ibi (Et ꝑꝑ.) Tertio ponit iuuamēta ⁊ nocumēta silr̄. ibi (Et he qdeꝫ.) ¶ In prima dicit ꝙ vētose posite super nucha faciūt ꝺfectū in memoria: q̄ sunt ꝓpe memoriā resoluūt spm̄ ⁊ debilitāt locuꝫ. ⁊ ventose posite sup alchai debilitāt os stomachi: q̄ sunt ꝓpique mery: ⁊ per consequens stomacho q̄ sunt colligata: ⁊ ille que ponuntur super alchada debilitant caput ⁊ fit tremor eius.

¶ Et ꝑꝑ alchadaꝫ qdē qñqꝫ accidit capitꝭ tremor parūper: itaqꝫ mutemꝯ nos a nocra ⁊ ab alcheel parūper ascēdamꝯ nisi cū fuerit nec̄cie ꝑꝑ fluxū sanguis ex tussi: qm̄ tūc cū eis est descēdēdū ⁊ nō ascendendum.

¶ Docet subuenire dicens: ꝙ cum ponis tales ventosas debes descendere infra a loco illo ⁊ in alchai debes ascendere ⁊ remouere a loco ⁊ mery nisi quādo velis restringere sanguinem.

¶ Et he qdem ventose que alcheel superponunť ⁊ iter duas spatulas conferunt egritudinibus sanguineis et spasmo sanguineo ⁊ asmati sanguineo: sed stomachum debilitant ⁊ cordis tremorem generant.

¶ Ostendit iuuamēta ⁊ nocumenta simul: ⁊ dicit ꝙ ventose posite in alchai conferunt ⁊ nocent in passionibus in littera dictis: vñ oportet ascendere ⁊ descendere in positionibus earum sm̄ nocumenta ⁊ iuuamenta que vis prosequi vel fugere.

¶ Et ventose qdem que cruribus superponuntur sunt minutioni ꝓpinque: ⁊ mundificant sanguinē ⁊ prouocant menstrua. Et ei qdeꝫ que ex mulieribꝯ alba existit ⁊ laxa sanguinē hñs subtilem ventose in cruribꝯ posite sunt meliores q̄ꝫ flobotbomia que fit in saphena.

¶ Postq̄ꝫ Auic. superius deter. de ventosis que applicantur supra: nūc deter. de ventosis que apponunť infra diaphragma. Et primo de ventosis que applicanť cruribꝯ. Scđo reuertiť ad ventosas q̄ ponunť supra diaphragma. ibi (Quidā dixerūt.) Tertio ꝺtermiat de alijs vētosis. ibi (Et vētose renibꝯ.) ¶ In prima dicit ꝙ vētose approximate cruribꝯ sunt ꝓpe flōmiaꝫ ⁊ ꝓuocāt menstrua. Et sb̄dit ꝙ si fit mulier albi coloris ꝓpter ꝓuocationē mēstruorꝫ melius est apponere ventosas q̄ꝫ flobothomare saphenā. ¶ No. iste ventose diuersificanť rōne loci: q̄ non apponuntur partibꝯ inferioribus: q̄ sunt valde ossuose: sed apponuntur a lateribus īfra cū vis prouocare menstrua ⁊ supra magis si materia esset in coxa.

Dub. 11m ¶ Dubitatur. dicit ꝙ ꝓuocāt mēstrua: sed cōtra. vētose non apponunť loco vnde fluunt mēstrua: ꝭ. ēt 5ª ꝑticu. afor̄. cō. 29. Mēstrua cōstringunť multipliciter: aliqñ ꝑꝑ oppilationē: aliqñ ꝑꝑ grossitiē sanguis. mō vētose nō remediāt istis. Dōm ꝙ illa sunt in gñe menstrua ꝓuocātia que grossuꝫ subtiliāt: ⁊ que oppilōnes aperiunt: et de istis loqtur. H. 5ª ꝑti. afor̄. Alia sunt ꝓuocātia ꝑ accñs deriuādo mām. Alio mō vētose ꝓuocāt mēstrua q̄ eūant māꝫ que debebat expelli per menstrua. ¶ Et ad rōnem dico ꝙ virtualiter attingunt matricē. ¶ Ad aliā dico ꝙ verū est de illis que trahūt mēstrua per se. Uel dōm ꝙ ventose subtiliāt ⁊ aperiunt ꝑꝑ motum attrahendo. ¶ Nota mulier pōt habere sanguinē subtilem duplr̄. Uno mō sanguinē subtilē cholericū ⁊ de isto nō loquitur cum dicit alba laxa. Alio mō ꝙ habeat sanguinem subtilem aquosum: ⁊ de isto loquiť q̄ nō competit flobothomia cum sit sanguis flegmaticus.

¶ Quidam ꝑterea dixerunt ꝙ ventose sup occiput posite ⁊ sūmitateꝫ capitis cōferunt amētie ⁊ scothomie: ⁊ tardant canos quēadmodum dixerunt. In hoc cōsideratio est habēda: nā istud in his oꝑanť corꝑibꝯ ⁊ nō in alijs: qm̄ in plurimis corporꝫ festinare faciūt canos et ipediūt itellectū ⁊ ꝯferūt egritudibꝯ oculi. ⁊ hec qdeꝫ ē maior earꝫ vtilitas: qm̄ ꝯferūt eorꝫ scabiei ⁊ bothor et almuseragi ⁊ egressiōi vuee: ꝭ itellectū ipediūt ⁊ faciūt hereditare stupiditatē ⁊ obliuionē ⁊ malitiā cogitationū ⁊ egritudines ꝑmanētes ⁊ nocēt aquā ī oculo hñtibus: ꝭ fortasse si hora se ꝑñtauerit qua illꝯ fieri dꝫ non ipediēt. Uētose āt sub mēto posite ꝓsunt dētibꝯ replecꝭ ⁊ faciei ⁊ gutturi ⁊ mūdant caput ⁊ mandibulas.

¶ Reuertiť ad ꝺterminādū de vētosis applicatꝭ supra diaphragma dicēs: ꝙ vētose occipiti applicate ꝯferūt amētie scothomie ⁊c̄. ꝓhibēt caniciē: dūmō isti sint apti ad vētosas: sed si sint inepti oppositum. Almuseragi. i. exitui cornee vel vuee vel dilatationi pupille. ¶ No. dicit ꝙ ista vētosatio ꝯfert amētie ⁊ est 2ͯ. ꝑ oī nocumēto virtutꝭ itrinsece ⁊ sic nō sumiť: sꝫ hic q̄ noīat scothomiā q̄ est nocumētū virtutis anterioris vt phātasie: vñ ventosatio supra occipitiū cōfert memorie: sed si fiat in medio capitꝭ cōfert virtuti imaginatiue: tñ mā debet esse fluxa: q̄ aliter augmētareť fluxus ad locū lesum. Et subdit ꝙ ventose sub mēto conferunt dentibus.

Dub. 12m ¶ Sed ꝯ. vētose resoluūt ⁊ infrigidāt ⁊ frigidū est inimicuꝫ dētibꝯ. Dōm ꝙ conferunt sine scarificatione: q̄ calefaciunt ⁊ trahūt calidum. Uel dicendum ꝙ resoluunt materiam malam ⁊ debēt fieri paulatine ⁊ plane. Et subdit ꝙ tardant canos.

Dub. 13m ¶ Sꝫ ꝯ. vētose īfrigidāt ⁊ exiccāt: ꝭ accelerāt canos q̄ canities fit a frido sicco. Dōm 2ͦ primi de signis cōplonū canities fit aliqñ ex mā corrupta: ⁊ tūc ꝯferūt vētose: sed qñ nimis approximarentur ⁊ exiccarent ⁊ infrigidarent ⁊ accelerāt canitiē: ⁊ ideo arguit.

¶ Et vētose renibꝯ supposite ꝯferūt apatibꝯ coxaruꝫ ⁊ earꝫ scabiei ⁊ bothor ⁊ podagre ⁊ hemorroidibꝯ ⁊ elephātie ⁊ vētositatibꝯ vesice ⁊ mr̄icis ⁊ pruritui dorsi.

¶ Exequitur de ventosis applicatis partibus inferioribus. Et pͥmo de vna. Secūdo de alia. ibi (Uentose preterea.) Tertio de alia. ibi (Et ventose.) Quarta ibi (Et ventose.) ¶ In prima dicit ꝙ vētose renibus applicate conferunt egritudinibus coxarum ⁊c̄.

Dub. 14m ¶ Dubitať q̄uō cōferunt coxis ⁊ vesice ⁊ matrici. Dōm ꝙ ille vētose diuersimode prosunt: q̄ cuꝫ scarificatione in egritudibꝯ de materia calida: sed sine scarificatione conferunt quando mā est frigida: vñ ꝯferunt q̄ diuertūt mām a coxis ⁊ eūant: ⁊ silr̄ alijs ꝑtibꝯ.

¶ Cūqꝫ vētose iste fuerit cū igne siue sint cuꝫ scalpellatiōe siue absqꝫ ea iuuabūt ēt i hꝭ: ꝭ ille qdē q̄ sūt cū scalpellatiōe sūt fortiores ꝑter q̄ꝫ in vētositate. Naꝫ q̄ sine scalpellatiōe sunt in remouēdo vētositates frigidas et

vt radicitus

vt radicitus euellanᷣ: ⁊ hic ⁊ vbiqꝫ sunt fortiores.

¶ Ponit alium cañ. dicens ꝙ ventose conferunt cum scalpellatione ⁊ sine: sed cum scalpellatione remouent humores: ⁊ sine remouent ventositates melius.

¶ Vētose p̄terea in anteriori parte coxarum testiculorum apostematibus cōferunt ⁊ vulnerib⁹ coxarū ⁊ crurium. Et ventose posteriori parti coxaruꝫ superposite ꝓsunt apatibus ⁊ exituris que in natibus fiunt.

¶ Exequiᷣ de ventosis approximatis coxis ⁊ dicit ꝙ cōferunt passionibus coxe. ¶ No. per partē coxe intendit coxam ꝓpe genu: qꝛ cōferunt magis egritudinib⁹ testiculorum. ¶ No. hoc dictū ⁊ alia dicta habent verum non existente repletione in toto.

¶ Et ventose posite sub poplite cōferunt pulsationi poplitis que ex calidis generaᷣ humoribus ⁊ exituris malis ⁊ vlceribus putridis in crure ⁊ pede.

¶ Exequiᷣ de vētosis positis in poplite. i. genu: ⁊ dicit ꝙ ꝯferūt pulsationi genu: ⁊ hoc cōfert eũando. Sed crurib⁹ ꝯfert deriuando.

¶ Et ventose super duas alchabi conferūt prohibitioni menstruorum ⁊ sciatice ⁊ podagre.

¶ Exequitur de alijs ventosis applicatis cāniculis idest galopolis: vnde si applicantur in parte domestica conferunt in prouocando mēstrua ⁊ appositis in parte syluestri conferunt dolorib⁹ anche.

¶ Vētose aūt sine scarificatiōe qñqꝫ ponunᷣ ꝓpter ea vt materia a p̄te sui motus trahaᷣ sicut cū mamillis superponunᷣ: ideo vt cursus sanguis mēstrui retineaᷣ.

¶ Nūc ꝯterminat de vētosis rōne modi fiendi. Et p̄mo hoc. Scđo docet subuenire nocumentis. ibi (Ventose.) Prima in duas. Prio ponit iuuamenta sine scarificatione. Secundo cuꝫ scarificatione. ibi (Et dicemus.) Prima in duas. Primo hoc. Secundo tangit iuuamēta quādo applicanᷣ natibus. ibi (Ventose quoqꝫ.) Prima in tot quot iuuamenta ponit. Partem legam sigillatim. ¶ In prima dicit ꝙ ventose applicantur sine scarificatione vt materia q̄ currit nō fluat: vt quādo sub māmillis applicamus ventosas in fluxu nimio mēstruoꝝ: ⁊ hoc quādo virtus est debilis ⁊ mã pauca: sꝫ cū est fortis ⁊ materia multa apponunᷣ cum scarificatione.

Dub^m 15^m

¶ Dubitaᷣ. vtruꝫ vētose sine scarificatione possint euacuare. Prio ꝙ non quia cum scarificatione eũant: ergo sine nō euacuant. ¶ In cōtrarium ipse resoluunt ventositates: ergo. ¶ Dicenduꝫ ꝙ eũant insensibiliter resoluendo: ⁊ rō ꝙ similiter videtur eũari materia.

¶ Et quādoqꝫ ponuntur vt apa profunduꝫ ad exteriora trahatur: ideo vt medicamētū ad ipsum perueniat.

¶ Addit alium iuuamentum dicens ꝙ aliquando applicanᷣ vt manifestetur apostema occultum: vnde medicaminum virtus nō potest attingere: ideo ventose applicantur.

¶ Et qñqꝫ regrūtur propterea vt apa ad aliud muteᷣ membrum qđ ignobilius in vicinitate existit.

Dub^m 12^m

¶ Tangit 3^m iuuamētū dicēs ꝙ approximātur sine scarificatiōe vt mã apatis deriuetur de mēbro nobili ad ignobile vt quādo dubitamus de apatione cordis ponimus sub ascellis ventosas.

Dub^m 13^m

¶ Et qñqꝫ regruntur ꝓpterea vt mēbruꝫ calefiat ⁊ sanguis ad ip̄m trahaᷣ ⁊ ipsius resoluantur ventositates.

¶ Ponit aliud iuuamētū dicēs ꝙ ponunᷣ vētose vt mēbrū calefiat ⁊ sanguis ad eū trahaᷣ: ⁊ debēt remoueri cū mem brum rubet.

¶ Et qñqꝫ regrunᷣ p̄p̄ea vt mēbrū ad suū nãlē locum reducaᷣ a quo remotū fuit sicͭ fit in ruptura iguinis.

¶ Ponit aliud iuuamentum dicens ꝙ applicātur sine scarificatione vt membrum redeat ad locum suum: vt quando intestina exierunt applicare ventosas supra vt reducantur.

Dub^m 14^m

¶ Et qñqꝫ regrunᷣ ideo vt dolor sedeᷣ sicͭ cuꝫ supponunᷣ ilico vmbilico in dolore colice vehemēter cogēte: ⁊ in vētositatib⁹ vētris: ⁊ ī dolorib⁹ matricis q̄ accidūt apđ motū mēstruoꝝ ⁊ ꝓprie ī adolescētib⁹. Et sup laxitatē p̄tis exterioris coxe sicͭ fit in sciatica: ⁊ cū timetur ossis exit⁹ a iūctura: ⁊ iter duas anchas ꝓsunt duabus anchis ⁊ duab⁹ p̄tib⁹ īterioribus coxarū ⁊ hemorroidibus ⁊ h̄nti rupturā inguinis ⁊ podagricis.

¶ Ponit vltimū iuuamētū dicēs ꝙ applicanᷣ ad remouēdū dolorem vētosuꝫ vt in colica: ēt valēt in laxitate coxe: vñ est dolor aliquādo tātus in ancha ꝙ timemus remotionē vni⁹ ossis anche ab alio: ideo tūc applicanᷣ ventose ad remouēdū dolorē. Sꝫ vbi approximātur ventose. Dicēdum ꝙ in femore vel in coxe sub nate.

¶ Ventose quoqꝫ super nates posite a toto corp̄e trahunt vt a capite: ⁊ conferunt intestinis ⁊ menstruoruꝫ sanant corruptionem ⁊ alleuiatur per eas corpus.

¶ Addit iuuamentum ventosarum appositaruꝫ natibus ⁊ dicit ꝙ conferunt quasi toti corpori.

Dub^m 16^m

¶ Sꝫ ꝯ. 4^a parti. h. in illo afor. 2^a. 4. partic. In pharmacijs. vult ꝙ vētose applicate spatulis cōferūt toti corpori. Dōm ꝙ ille spatularum euacuāt magis q̄ deriuent: qꝛ obuiant venis magnis. Sed que nati ponunᷣ magis deriuant ⁊ non sic trahunt: qꝛ obuiant venis paruis: ⁊ non sic magnis sicut ventose spatularum.

¶ Et dicemus q̄dē ꝙ in ventosis cū scarificatione tria existūt iuuamēta. Primū eoꝝ est eũonis ex ipso mēbro. Et scđm est repositionis subē sp̄ūs ne eũationē humoris q̄ educitur sequendo euacueᷣ. Et tertiū est q̄m non curatur vt ex principalib⁹ mēbris fiat eũatio. Scarificatio vō est profunda vt ex profundo trahatur.

¶ Exequiᷣ ponēdo iuuamēta vētosaꝝ cū scarificatiōe. Et sunt tria iuuamēta. Quarto addit quoddā. Partes patebūt qꝛ sigillatiꝫ legam. ¶ In prima dicit ꝙ ventose cū scarificatione eũant imediate a membro. Scđm iuuamentum est ꝙ non debilitant.

Dub^m 17^m

¶ Sed ꝯ. vētose plus eũant subtile q̄ grossum: ergo resoluūt spiritum ⁊ eũant: ergo plus debilitāt. Dicēduꝫ ꝙ in eis est securatio qꝛ eũant a venis p̄uis: sed flobothomia euacuat a magnis. Et ad rationē pꝫ solo: qꝛ eũat humorē subtilem: qꝛ ibi nō est sp̄ūs multus. Et subdit ꝙ scarificatio dꝫ ꝓfundari cum volumus euacuare.

¶ Locus p̄terea vbi vētosa adheret qñqꝫ apatur: ⁊ fit difficile ad ipsaꝫ remouēdā. Pānus ergo aut spōgia in aq̄ tepida infusa q̄ caliditati attineat sumaᷣ: ⁊ cū ea in circuitu fiat embroca. Et hoc q̄dē frequēter ꝯtingit cum super mamillarū p̄tes ventosas ponimus vt sanguinis menstruorum fluxus ⁊ ex naribus arceatur: quāobreꝫ super ipsas mamillas eas ponere non debemus.

¶ Docet subuenire nocumentis. Et p̄ docet subuenire vni. Secundo alij. ibi (Cūqꝫ.) Tertio alij. ibi (Et opꝫ vt.) ¶ In p̄ma dicit ꝙ locus cui vētosa applicaᷣ apatur: vñ dꝫ approximari spōgia cum aq̄ cal'a: ⁊ maxime qñ h̄ accidit in mamillis: vñ vētose debēt applicari sub mamillis: vnde applicanᷣ aqua cal'a vt mã tracta resoluaᷣ: ⁊ habet verum cuꝫ mã est fluxa ⁊ pauca. Et subdit ꝙ accidit quādo applicanᷣ sub mamilla: qꝛ est mēbrum rarū laxum aptuꝫ recipere mãm: ⁊ ideo vt diri applicantur sub mamillis: ēt cōferūt apposite sub mamillis in fluxu sanguinis narium deriuando.

¶ Cūqꝫ locus vētose inungeᷣ prope ipsam suspēde et non tardes: sed ad scarificandum festina. Sitqꝫ prima positio leuis ⁊ cito remoueatur ipsa: deinde s̄m ordinē tardetur ipsius remotio ⁊ tolerantia.

¶ Ponit aliū cañ. in quo docet succurrere alteri nocumēto: ⁊ dicit ꝙ si p̄tes vētose vnganᷣ ⁊ inflenᷣ debes festinare in scarificando: qꝛ p̄tes inūgunᷣ p̄p̄ mãm tractã: ideo per scarificationē eã extrahas. Sꝫ si littera hꝫ vnctio siue inungas fit qꝛ trahiᷣ mã: iō postea festina in scarificādo vt extrahas mãm ⁊ eleues sepe vt videas si multum pauco tempore traxit: secūda vice eleues cito.

¶ Et opꝫ q̄dem vt vētosatus post vnā horā cibeᷣ.

¶ Docet subuenire alteri nocumento ⁊ dicit ꝙ ventosatus aliquādo eget cibatione ex resolutione: ideo post horam cibes ⁊ nō subito propter commotionem humorum.

¶ Infans preterea in tertio anno ventoseᷣ ⁊ post trāsactis duobus annis: quoniam prorsus non debet ventosari cum est vnius anni.

¶ Exequiᷣ de vētosis rōne etatis. Et p̄ hoc. Scđo addit cañ. ibi (In vētosis.) ¶ In p̄ma dicit ꝙ īfans in trib⁹ annis potest ventosari. ¶ No. lr̄a (post) pōt dupl'r exponi. Vno mō ꝙ pōt ventosari in 3° anno ⁊ post duos post tres: ⁊ sic in quinto anno. Alio mō ꝙ pōt vētosari in primo anno ⁊ in tertio vt isti sint duo termini.

Dub^m 18^m

¶ Dubitaᷣ. vtrū infans possit vētosari in p̄ ⁊ 3° anno. p̄ ꝙ nō: qꝛ non possunt flōmari, ergo nec ventosari: qꝛ iste eũationes equipollēt:

vnde q2 sunt teneri vel cito resolubiles possent mori ex scarificatione: sꝫ loco necessitatis possunt ventosari in tertio anno. ⁋ Et ad rõnẽ pꝫ solõ: q2 vẽtosa nõ sic euacuat sicut flobothomia.

¶ In ventosis quoqꝫ fit securitas ne materie ad inferiora descendant.

¶ Ponit duos canõ. Secũda ibi (Et cholericus.) ¶ In prima dicit ꝙ per ventosas fit securitas ne materia descendat ꝛ habet verũ de ventosis applicatis in partibus superioribus.

¶ Et cholericus qdeꝫ ventosatus post vẽtosas comedere dꝫ grana mali granati ꝛ ipsoꝝ succũ ꝛ succũ scariolarum cum zuccharo: aut lactucas cum aceto.

¶ Ponit alium canõ. dicens ꝙ cholericus vẽtosatus debet comedẽ succum granati ꝛ grana propter motũ cholere: ꝛ nominauit chollericum: quia propter choleram in eis maior fit motus.

¶ De sanguisugis. Cap. 22[m].

Indi dixerũt ꝙ in q̃rũdã sanguisugarũ natura existit venenositas: ab eis igiẽ cauẽdũ est q̃ sunt ex genere magna hñtiuꝫ capita: ꝛ quarũ colores sunt anthimoniales ꝛ nigre: aut q̃rũ color est viridis: aut que sunt lanuginem habentes et similes mezameiꝫ: ꝛ super quas existũt fila coloris azuli: ꝛ quarum color similatur madion.

¶ Postq̃ Aui. superius deter. de euõne sanguinis per vẽtosas: nũc idẽ facit per sanguisugas. ¶ No. ꝯsideratur notitia eaꝝ effect⁹ et modũ approximãdi. Et p̃ exequiẽ de vno. Scõo õ alijs. ibi (Extractio p̃terea.) Pria in duas. Prĩo docet cognoscẽ sanguisugas malas ex nã. Scõo bonas. ibi (Sꝫ illas.) Pria ĩ duas. Prĩo docet cognoscẽ malas ex nã. Scõo ex loco. ibi (Eas.) Pria in duas. Primo hoc. Scõo addit cãꝫ p̃dictoꝝ. ibi (In oibus.) ¶ In p̃ma dicit ꝙ indi dixerũt ꝙ s̄m naturã venenositas est in qbusdã sanguisugis.

Dub[m] p̃[m] ¶ Dubitaẽ. nõ videẽ ꝙ sanguinis euãtio sit fiẽda cũ re venenosa ex quo fieri põt cũ alio vt cũ vẽtosa ꝛ flõmia: vnde post sanguisugas docet ponere vẽtosas vt exhaẽ venenũ. ⁋ In ꝯriuꝫ Auicen. ꝛ alij. ⁋ Dõm ꝙ triplex est diuersitas exhentiũ sanguinẽ: quedã sũt volatilia vt zanzane ꝛ musce: quedã sunt aq̃tilia vt sanguisuge: ꝛ qdã sunt terrestria vt pulices ꝛ cymices. vnde iste nõ trahũt silĩtudiẽ: q2 similanẽ rei putride ex qua gñata sunt. ꝛ quedã aĩalia non sugunt sanguinẽ: sed vrinã ꝓuocãt. Ideo dõm ꝙ suggãt sanguineꝫ a ꝓprietate vnde apponunẽ sanguisuge: q2 aliquãdo in illo loco nõ põt fieri flõmia: nec ventose possunt apponi. Scõo q2 aliq abhorrent extionẽ sanguinis per flõmiã ꝛ vẽtosas. Tertio q2 aliqñ volumus euãre a loco medio nõ nimis ꝓfundo. ⁋ Et ad rõnem pꝫ solutio: q2 nõ est res nimis venenosa: ẽt põt remoueri per vẽtosas: q2 iuuamẽtum est maius nocumẽto: vt ẽt qñ in tyriaca misceẽ vipera venenosa que sua silĩtudine ducit medicinas ad locum venenosuꝫ. Et vt dicis põt fieri cũ alio: dico ꝙ nõ sic sicut volumus: q2 a loco medio. ¶ No. dicit (Indi dixerũt:) q2 cũ sint in calida regiõe habent animalia multa venenosa: vnde multam experientiaꝫ de eis habuerunt. ¶ Nota anthimoniũ est minerale ꝛ est in supꝑficie quasi niger: ꝛ intus est luminosus: ꝛ ideo que sunt sic facte sũt male ꝛ virides sunt male. ⁋ Sꝫ cõtra. ĩfra cõmẽdaẽ. Dicendũ ꝙ intendit hic cum sunt tote virides: sed infra non. etiaꝫ que sunt in cenibus sunt male: quia sunt gipsie. madion similes tasso.

¶ In oibus enim istis existit venenositas ꝛ ꝓueniũt ex eis apostemata ꝛ syncopis ꝛ sanguinis fluxus ꝛ febris ꝛ laxitas ꝛ vlcera mala.

¶ Probat dictuꝫ dicẽs ꝙ in oibus existit venenositas: q2 ex eis ꝓueniũt fe. fluxus sanguis ꝛc̃. ¶ Nota venenositas est duplex: q̃litatiua ꝛ a forma specifica ꝛ vtraqꝫ est in istis sanguisugis: vnde ex ꝓũctione venenosa mittiẽ vapor malus ad cor: vñ inducitur fe. ex multa cõmotione humorum ꝛ fit laxitas ex debilitate virtutis.

¶ Eas q̃ꝫ nõ accipias ex aqs malis in qb⁹ limus aluei est niger ꝛ cenosus ꝛ mot⁹ statiꝫ turbat aquã ꝛ fetet.

¶ Docet cognoscere sanguisugas malas ex loco dicẽs: ꝛ non debẽt accipi sanguisuge ex aquis putridis: quia quarto de accñti ꝛ morbo locus valde immutat locatum.

¶ Sꝫ illas elige q̃ in aqs colligunẽ ocalib⁹ tolubiatu et in qb⁹ moranẽ rane. Neqꝫ attẽdas illud qꝺ qdã dicũt ꝙ si sint in aqs vbi morantur rane sunt male.

¶ Docet cognoscere sanguisugas bonas. Et primo ratiõe loci. Secũdo ratione coloris. ibi (Sitqꝫ.) ¶ In prima dicit ꝙ debẽt colligi ex aquis ocalibus in quibus sunt rane. ¶ Nota per aquas ocales intendit aquas in quibus sunt herbe quaruꝫ radices nõ vadũt ad fundum: ꝛ per tolubiatu intendit locum specialem.

Dub[m] 2[m] ¶ Dubitaẽ. rane nutriunẽ ex supꝑfluitate corrupta. Dicendum ꝙ ex ranis aqua efficitur melior: quia nutriuntur ex partibus corruptis. sed si aqua sit corrupta ex se sunt male.

¶ Sitqꝫ earũ color silĩs rei supꝑ quã existit viriditas et tẽdantur supꝑ eas fila duo colorẽ arsenici hñtia: ꝛ ruffe rotũde que sunt coloris epatis. Et ille q̃ silãnẽ ꝑue locuste ꝛ que caude muris silẽs existũt ꝛ minute ꝑua habentes capita omnes iste eligende sunt. Et nullas magis eligas q̃ꝫ hñtes ventres rubeos ꝛ dorsum viride: ꝛ precipue si ex aquis fuerint currentibus.

¶ Docet cognoscere per colorem ꝛ quantitatẽ ꝛ debẽt esse viridis coloris ꝛ debent esse ad modum duoꝝ filoꝝ citrinorum supꝑ dorso postea sunt ruffe rotunde ad moduꝫ coloris epatis: ꝛ istas nos habemus: ꝛ debent esse ad modum caude muris: ꝛ dicit ꝙ habentes dorsum ruffum ꝛ corpus rubeum sunt meliores.

Dub[m] ¶ Extractio p̃terea sanguinis a sanguisugis facta profundior est extractione que fit cum ventosis.

¶ Ostendit earũ effectũ. Primo in generali ostendit effectũ. Scõo in spãli. ibi (Locus p̃terea.) Prima in duas. Primo hoc. Scõo ponit ꝯsideratiões attẽdẽdas. ibi (Et ipse.) ¶ Abstractio sanguisuge ipse plus a ꝓfundo trahunt q̃ꝫ ventose: vnde ipse non adherẽt venis paruis sed magnis: ideo plus trahunt.

Dub[m] ¶ Et ipse qdem anteq̃ꝫ ponantur q̃si per vnaꝫ diẽ colligende sunt ꝛ constrictione faciendum est vt euomãt donec qꝺ in earũ existit ventrib⁹ egrediatur si hoc fieri poterit. Et ipsis parum sanguinis agni aut alterius rei proijciaẽ vt inde nutriantur anteq̃ꝫ ponanẽ: deinde sumanẽ ꝛ earum viscositas ꝛ sordities cum aliq̃ qꝺ sit vt spongia mundẽtur deinde apponẽtur.

Dub[m] ¶ Ponit ꝯditiones attẽdendas ꝛ sũt qnque. 2ª ibi (Locus p̃terea.) 3ª ibi (Cũqꝫ.) 4ª ibi (Et melius qdem.) 5ª ibi (Or si.) ¶ In p̃ma dicit ꝙ anteq̃ꝫ applicentur debent capi per dieꝫ ante ꝛ p̃mere ipsas vt euomant: ꝛ postea debet dari parum sanguinis agni: ꝛ postea ipsis famescentibus debet applicari.

¶ Locus p̃terea vbi sunt apponende cum baurach lauetur ꝛ fricatione rubificetur: postea q̃ꝫ voluntas apponendi sanguisugas affuerit in aquã proijcianẽ dulcem ꝛ emundẽtur deinde apponantur. Ex eo autẽ qꝺ eas efficit voluntarias ad se suspendendum est vt locus luto liniatur aut sanguine.

¶ Ponit aliam ꝯditionem ex parte loci: ꝛ dicit ꝙ dꝫ lauari loc⁹ vbi debent applicari cuꝫ baurach: ꝛ postea debent mitti in aqua dulci ꝛ applicari: vnde fit talis fricatio vt trahatur sanguis ad membrum. Et subdit ꝛ dicit ꝙ locus debet inungi sanguine vel apponẽ lutum loco vbi debent applicari.

¶ Cũqꝫ he fuerint plene ꝛ eas ꝓũcere volueris pulueriza super eas parum salis: aut cineris: aut baurach: aut sete combuste: aut lini: aut spongie combuste: aut lane combuste ꝛ cadent.

¶ Ponit ꝯditionẽ in remouẽdo eas: ꝛ dicit ꝙ dꝫ ꝓyci aliquãtuluꝫ salis vel cineris vel baurach: vñ sicca acuta ꝯriaẽ vite aĩaliuꝫ: iõ in lũbricis cõferunt amara acuta ꝛ salsa q2 illa fugiunt: ẽt lana vel spongia combusta facit eas remoueri ex vapore vsto quẽ abhorrent sicut serpentes abhorrent cũ cõburuntur coria ex fumo illo.

¶ Et melius quidem est vt postq̃ꝫ cadunt locus vẽtosa suggaẽ: ꝛ ex sanguine loci parũper accipiaẽ vt morsure ipsarum malitia ab eo remoueatur.

¶ Ponit aliam conditionem dicens ꝙ post remotionem earũ bonum est apponere ventosas vt remoueatur venenum.

¶ Or si sanguis nõ ꝯstrigeẽ galle cõbuste: aut calx: aut cinis: aut tegula cõbusta ꝛ subtiliter puluerizata supꝑponatur: aut reliqua ab istis ex eis que sanguinẽ constringunt.

stringunt. Et hec qdem oportet vt sint apud eū ꝑparata q̄ sanguisugas apponit cum ipse se suspēdant.

¶ Ponit quintam conditionem dicens: ꝙ si sanguis nō ꝯstringitur debet apponi galla combusta vel calx combusta: ⁊ debēt talia parari prius ante approximationem sanguisugarum.

¶ Appositio ꝑterea sanguisugarū ꝯfert egritudinibus subcutaneis: sicut sahafati ⁊ alcuabe ⁊ eis similia.

¶ Ostendit quibus conferunt: ⁊ dicit ꝙ conferunt pāno cutis ⁊ sedationi cutis: vnde pro sahafati intēdit defedationē cutis ⁊ ꝑ alcuabe intēdit pustulā cutis vel impetiginē: vñ suggūt sanguinē adustum sicut etiam suggūt in aquis lutum cenosum acutum terrestre.

¶ De retētiōe eoꝝ que eūant. Cap. 24m.

Ea que eūantur retinentur: aut ꝓpter materie iclinationē absq̄ alia euacuatiōe: aut ꝑ iclinationē cum alia eūone: aut ꝓpterea ꝙ ipsamet eūatio iuuatur: aut medicinis īfrigidantibꝰ: aut stipticis: aut viscosis: aut adurentibus: aut strictura.

¶ Nunc determinat de cura morbi in compositione.

Dubm pm ¶ Dubitatur. morbꝰ in cōpōne dr̄ in q̄tuor gn̄a: si determinat de morbo in via nō deter. de illis q̄tuor generibus cū docebat rectificare paruum mēbrū: sed de alijs tribus nihil determinat. Dōm ꝙ in 3o cap ab isto determinat de eis: q2 in apostemate sunt illi tres morbi: ideo ibi determinat de eis. Uel dicendum ꝙ principaliter loquitur de morbo in via q2 ad eum sequuntur multi alij morbi ⁊ maxime morbꝰ in via ex oppil'one: ⁊ ideo magis de eo determinat.

Dubm 2m ¶ Dubitatur inanitio est res non naturalis ⁊ nō morbꝰ. Dōm ꝙ in superflua euacuatione cōsiderantur duo. Causa superflue eūonis ⁊ illa dicitur quandoq̄ res non naturalis. Secundo consideratur mēbrū ipsum dilatatum: ⁊ sic dicitur res preter naturam ⁊ morbus. Et p̄ docet rectificare superfluam euacuationē in qua sequitur multa oppilatio. Scōo quādo sequitur clausio. ibi (Oppilatio.) Pria in duas. Primo in generali facit hoc. Secūdo in spāli. ibi (Et retētio.) ¶ In prima dicit ꝙ ea que superflue euacuantur retinentur multis modis: vel per deriuationem vel per euacuationem.

Dubm 3m ¶ Dubitatur alie sunt cause supflue eūonis quibus nō docet subuenire vt fortitudo expulsiue: vt p3 2a p̄mi de eis que debent retineri. Dōm ꝙ ea que sunt causa eūonis sunt duplicia. s. qdā per se: ⁊ ista sumūtur ex parte mēbri. quedā per accidens ⁊ ista sumuntur ex ꝑte virtutis. Ex parte mēbri q2 materia est multa vnde non pōt cōtinere: vel q2 humor est acutus pūgitiuus: vel q2 mēbrū est ruptū. Ex parte virtutis q2 virtus expulsiua est fortis ⁊ ꝯtinētia debilis: vnde hoc est per accidēs q2 mediante peccato humoꝝ vel mēbri: modo hic fecit mentionem de causis per se ⁊ non per accidens.

¶ Et retentio qdem euacuationis ꝓpter attractionem sine alia euacuatione est sicut appositio ventosarū super mamillas facta ad hoc vt sanguinis fluxus ex matrice ꝓhibeatur. Sed melior attractio est cum qua existit sedatio doloris illius a quo trahitur.

¶ Docet sb̄uenire oībus istis causis in spāli. Et diuiditur in octo sicut octo modis docet sb̄uenire. 2a ibi (Et ea qdē.) 3a ibi (Et eūonis.) 4a ibi (Et medicīe.) 5a ibi (Et stiptice.) 6a ibi (Et viscose.) 7a ibi (Et adurētes.) 8a ⁊ vltīa. (Et adurētes qdē.) ¶ In p̄ma dic̄ ꝙ diuertendo succurrimꝰ vt cū in fluxu mēstruoꝝ ponimꝰ vētosas sub mamil l': sed debemꝰ apponē ambabꝰ mamillis. Dōm ꝙ si sentitur fluxus ꝓcedere ex vtroq̄ latere matricis sic: si nō ab illa parte ponere.

¶ Et ea qdem que fit ꝓpter attractionē que est cū euacuatione est sicut flōmia basilice facta ꝑ hoc: aut retentio vomitus fluxui ventris: aut fluxus ventris vomitu: aut vtroruq̄ retentio ꝓuocatione sudoris.

¶ Declarat 2m ꝙ constrictio per eūonem est quādo volumus retinere materiam flōmamus basilicam: vel quando volumus retinē fluxum ventris facimus vomitum vel sudorem: q2 iste eūones sese diuertunt: q2 sudor minuit istas euacuationes: vnde vbi materia multa ⁊ virtus fortis debet fieri retētio cū eūone: sed si sit mā pauca ⁊ virtus debilis debet fieri restrictio per deriuationem.

¶ Et eūationis qdem iuuamentū est sicut stomachi ⁊ intestinorum mundificatio ab humoribus viscosis malis labere facientibus cū picra: ⁊ sicut studiū qd̄ adhibetur ad os stomachi mundificandum vomitu ꝓpter incisionem materie vomitus mansiue.

¶ Addit 3m dicens ꝙ euacuationem restringemus aliqn̄ per euacuationem: vnde si sint humores viscosi facientes liēteriam ꝓuocamus fluxum ventris vt tales humores euacuentur.

Dubm 4m ¶ Sz cōtra. oīs eūatio fit per cōtrarium diuertēdo. Dōm ꝙ est cōtraria rōne cause: lz non sit cōtraria rōne loci vñ fit euacuatio.

¶ Et medicine qdem infrigidantes liqde congelant et orificia constringunt ⁊ coangustant.

¶ Declarat 4m dicēs ꝙ medicine infrigidātes īgrossant humores vel mām: vñ illa debēt applicari postq̄ alia nō valēt vt patuit supra: ⁊ debēt misceri cū temperantibus talia narcotica.

¶ Et stiptice quidem medicine materiam coarctant et cānales constringunt.

¶ Exequitur de quinq̄ dicēs ꝙ stiptica īgrossant mā3 ⁊ claudūt vias ⁊ confortant mēbrū ne recipiat: ⁊ hoc h3 verū quādo corpꝰ nō est plectoricum: q2 cū alie partes sint plene non recipiunt.

¶ Et viscose quidem medicine oppilationes in cannaliū orificijs efficiūt: que si fuerint acute exiccatiue plus operabuntur illud.

¶ Exequitur de alio dicens ꝙ medicine viscose oppilant vias: vñ prohibent materias venire ad extra.

¶ Et adurentes quidē cortices efficiūt vt super cānalis orificiū maneant ⁊ ipsum claudant ⁊ cōfirment: s3 tamen earum impedimentum timetur. Et hoc est qm̄ possibile est vt cortex rumpatur ⁊ eradicetur ⁊ amplificatio foraminis augmentetur.

¶ Declarat aliud. Et primo hoc. Secūdo addit diuersitatē adurentium. ibi (Ex adurētibꝰ.) ¶ In primo dicit ꝙ iste medicine faciūt cortices ⁊ escarā vñ ꝓhibetur fluxus: vñ caliditate istoꝝ vritur superficies mēbri: ēt ex mā fluēte fit vstio ⁊ īgrossatio eiꝰ ex adustione.

¶ Et ex adurentibus quidem sunt quedam in qbus existit stipticitas sicut atramentū: ⁊ quedā in quibus nō sicut calx non extincta. Et adurentes qdē stiptice sunt necessarie vbi volūtas est vt cortex sit fixus. Et alie sūt necessarie vbi voluntas est vt cortex cito cadat.

¶ Ponit diuersitatē adurētiū: vñ in aliqbꝰ existit virtus stiptica vt in spēbus atramenti: ⁊ in quibusdā nō vt in calce nō extincta. mō ex adurētibus in qbꝰ est stipticitas escara diu durat.

¶ Et eius quidē que fit strictura: alia est cū clausura foraminis ⁊ coarctatione ad hoc vt ipsius ꝑtes in vnum conducantur sicut ꝯstringitur illud quod est supra cubitū cū flobothomator in basilica errans percutit arteriā: ⁊ alia est que fit oppilatione orificij vulneris ⁊ clausure vie eūati sicut pilos leporis in vulnus ponimus.

¶ Decl'at vltimā. Et p̄ hoc. Scōo addit modos qbꝰ fit ꝯstrictio sanguinis. ibi (Dicemus.) ¶ In p̄ma dicit ꝙ fluxus humoris constringitur multipl'r: ligando vel ponendo pilos leporis vel thus ⁊c̄.

¶ Dicemus ergo ꝙ si sanguinis cursus ex apertōe orificioꝝ venarū fuerit stipticis medicabitur vt orificia venarū opilentur. Et si ex ruptura fuerit stipticis glutinosis sicut terra sigillata. Et si ex corrosione fuerit eo ꝙ carnem nasci facit cū eo qd̄ corrosionē abstergit.

¶ Ondit q̊t modis sanguinē stringimꝰ ⁊ dicit ꝙ si fluit ex ruptura vene approximamꝰ glutina: ⁊ si fit ex alio remediamꝰ vt in l'ra.

¶ De sanatiōibꝰ oppil'onū. Cap. 24m.

Oppilationes autem sunt ex humoribus grossis: aut viscosis: aut multis.

¶ Nota dicit (Oppilatiōes) docet rectificare vias strictas. Et p̄ hoc. Secundo cōparat nocumenta oppilationū. ibi (Et ex oppil'onibꝰ.) Pria in duas. Prio in gn̄ali ostēdit oppil'onis causas. Scōo in spāli docet sb̄uenire. ibi (Et multoꝝ.) ¶ In p̄ma dic̄ ꝙ aut oppil'o fit ex humoribꝰ grossis ⁊ viscosis vel multis.

Dubm pm ¶ Dubitatur qs morbus est oppilatio: q2 videtur ꝙ sit res non naturalis. Dōm ꝙ si talis oppilatio sumatur pro causa potest esse res non naturalis: sed si sumatur pro membri dispositione est morbus.

Dubm 2m ¶ Dubitatur. oppilatio causatur etiā a siccitate vel a via cadente sup̄

viam. Dōm ꝙ oppilatio est duplex. vera ⁊ de ista loquitur Auicē. alia non vera. vt illa de qua tu arguis ⁊ istam dimisit Auic.

¶ Et multorum qdē humoꝝ quādo cū eis alia nō fuerit causa malitia remouebiť extractione ipsoꝝ flōmia aut ventris fluxu facta. Et si grossi fuerint indigebunt eis que resoluant. Et si fuerint viscosi ⁊ maxime si fuerint subtiles erunt eis necessaria ea que incidant.

¶ In speciali exequiť de istis. Et p̄ docet subuenire. Secūdo declarat dicta. ibi (Et tu quidem.) ¶ In prima dicit ꝙ cū oppilatio causať ex repletione eūamus: sed si sint grossi remouemus per subtiliātia dictā oppiloīnem: ⁊ si sint viscosi remoueť per incidentia.

Dub. 3.

¶ Dubitatur p̄ quarti. oportet p̄us subtiliare ⁊ aperire q̄ȝ euacuemus. Dōm ꝙ si sit peccatum in quāto ⁊ non in quali possum⁹ euacuare sine illis: sed quādo est peccato in quāto etiam in quali: tūc oportet prius subtiliare ⁊ aperire: vnde Auic. non vult ꝙ oppilatio solum remoueatur per euacuationem: sed quia natura reddiť fortior supra materiam: vel ꝙ postea facta euacuatione pōt dari medicina: vnde oppilatio postea omnino remouetur.

Dub. 4.

¶ Dubitať. queriť si reqriť sola subtiliatio qn̄ fit oppilo a mā gˢsa. Dōȝ ꝙ nō: imo postea nā reddiť fortior supra mām: vn̄ medic⁹ postea eūat mām. Uel dōm ꝙ sufficit in remouēdo oppilonē sȝ nō in eūando materiam: imo requiritur adiutor medici ⁊ nature.

¶ Et tu qdē iā sciuisti dr̄iam iter grossum ⁊ viscosum ⁊ qđ est sicut dr̄ia inter gluten liquidum ⁊ lutum.

¶ Declarat sua dicta. Et p̄ hoc. Secūdo reuertiť docēs rectificare oppilationem. ibi (Et grosso.) ¶ In p̄ma dicit ꝙ dr̄ia est iter grossum ⁊ viscosum. ⁊ dicit ꝙ dictum est secunda primi quando ponit differentiam inter vrinam grossam clarā ⁊ turbidam: vn̄ viscosuȝ differens a grosso est vt lutum non viscosum ⁊ albumen oui.

¶ Et grosso qdem resolutiuū est necessariū: ideo vt ipȝ attenuet ⁊ ei⁹ expulsio fiat facilis: ⁊ viscoso icisiuum est necessariū: ideo vt inter ip̄m ⁊ id cui adhesit penetret ⁊ inter ea separationē faciat: ⁊ vt ipsum in parua secet frusta: qm̄ viscosuȝ oppilat propterea q᷑ adheret ⁊ propter suarum partium continuationem.

¶ Reuertiť docēs rectificare oppilationes. Et primo vnam. Scđo aliā. ibi (Et viscoso.) 3ª ibi (Oportet autē vt.) ¶ In prima dicit ꝙ grosso oppilāti est necessaria subtiliatio. De scđa parte dicit ꝙ viscoso opȝ exhibere incisiua: q᷑ separat talem humorē a membro ⁊ diuidit in partes vnde expulsio a natura postea facilior fit.

¶ Opȝ aūt vt in resolōne grossi a duab⁹ contrarijs caueatur reb⁹: quaꝝ vna est resolutio debilis que in raritate materiei augmentū efficit ⁊ ipsius locū augmentat: ita ꝙ ad resolōnē nō perueniet quare oppilonem augmētat. ⁊ altera est resolo fortissima qua eius subtile fit vapor ⁊ spissuȝ ipsius fit lapis. Cū ergo resolo fortis est necessaria iuueť lenificāte subtili cum mā in qua non sit grossities: sed sit in ea calor temperatus qui iuuet in resoluendo totū illud qđ est oppilatiuum.

¶ In prima ostēdit quid fiendum in rectificando humoreȝ grossuȝ dicens ꝙ debes cauere a duobus. Primo a paruo subtiliatiuo: q᷑ dissoluit ipsum ⁊ facit maius nocumentuȝ: q᷑ non potest resoluere. nec debes approximare resolutiuum forte ne subtile resoluať ⁊ grossum remaneat: sed debes miscere cum forti resolutiuo humectatiuum vt simul resoluatur grossum ⁊ subtile.

¶ Et ex oppilationib⁹ qdē peiores sunt oppilōnes venarū: ⁊ deteriores eis sūt ille q̄ sūt in arterijs: ⁊ adhuc peiores sunt ille que in mēbris existunt p̄ncipalib⁹.

¶ Cōparat nocumēta oppilationū. Primo hoc. Scđo docet qn̄ volumus remouere oppilōneȝ principaliuȝ. ibi (Cū ergo.) ¶ In p̄ma dicit ꝙ peiores sunt oppilationes venaruȝ. Sed cōtra: oppilationes cāne pulmonis sunt peiores. Dicenduȝ ꝙ oppilationes venarum cāne pulmonis ⁊ oppilationes membrorum seruientiuȝ principalibus sunt peiores. Sed que est peior oppilatio nerui vene vel arterie. Dicendum ꝙ arterie quia possunt auferre vitam.

¶ Ergo cum in aperitiuis stipticitas ⁊ subtilitas cōiungentur erit melius: quoniā stipticitas remouebit a mēbro subtiliatiui grauamen.

¶ Ostēdit qd est fiēdū cū volumus aperire oppilōnes p̄ncipaliū: et dicit ꝙ opȝ miscere stiptica cū eis vt habitum est 4ª p̄mi ne fiat multa resolo principalis membri vnde stipticitas cōfortat.

Dub. 5.

¶ Sed contra. stipticum postea impedit resolutiuum. Dōm ꝙ absinthium est stipticum ⁊ resolutiuum: etiam stiptica non debēt eē in equali parte cum resolutiuo: sed in minori ⁊ maiori quantitate s̄m ꝙ vides expedire. Uel dicendum ꝙ stiptica non aperiunt sed claudunt calorem intus vnde melior fit postea resolutio.

¶ De medicationibus ap̄atum. Ca. 25m.

Apostematum quedā sunt calida: quedaȝ sunt frigida fluxa: ⁊ quedaȝ sunt frigida dura ⁊ ea iam diximus.

Dub. 1.

¶ Postq̄ȝ Auic. sup̄ius deter. de morbo in cōplōne ⁊ cōpōne: nunc deter. de morbo cōposito ⁊ cura eius vt de apostemate.

¶ Dubitať. solo ꝯtinuitatis est morbus simplex: ḡ de ea prius debebat determinare q̄ȝ de cōposito vt de ap̄ate. Dōȝ ꝙ prius deter. de ap̄ate pp̄ sil̄itudinem cū morbo in cōplōne: q᷑ terminať ad solutā cōtinuitatē: sed ꝙ habeat sil̄itudinē cū mala cōplōne ⁊ cōpōne p̄ȝ: q᷑ ap̄a ex eis cōponiť vt p̄ p̄mi. ⁋ Et ad rōnē dico ꝙ simplicia p̄cedunt gratia cōpōnis: sed gratia notitie ap̄ata sunt notiora. ¶ Capitulū diuidiť in duas: naȝ ap̄ata diuersificanť ex parte forme duplicis vel nature cōsimilis: ⁊ ex p̄te figure. Scđo ex p̄te cause efficiētis: quedā fiūt a causa primitiua: ⁊ q̄dā a causa itrinseca. Tertio ex p̄te materie. Quarto ex parte cause finalis que est lesio operationū: vnde quedā plus ledunt: quedā minus Sed de ista causa nō loquiť: q᷑ sumitur penes alias causas. Et p̄ ostēdit diuersitates penes dictas causas. Secūdo de cura eoꝝ. ibi (Et si nō sunt.) Prima in tres. Prio ponit diuersitatē vnā. Scđo aliā. ibi (Et ipsoꝝ qdē.) Tertio aliā. ibi (Et ea qdem.) ¶ In p̄ma dicit ꝙ de numero ap̄atum q̄dam sunt calida: ⁊ quedā frigida ⁊ ista distinguunť: quedam sunt frigida laxa: ⁊ quedā dura ⁊ ista sunt noiata supra scđa p̄mi. ¶ No. ap̄a sumiť duplr̄. s. rōne eēntie: ⁊ sic est morbus cōposit⁹. 2° mō ex parte suaꝝ causaꝝ: ⁊ sic q̄daȝ sunt simplicia qn̄ fiunt ex vno humore: ⁊ quedā cōposita: quādo fiunt ex duob⁹ vel plurib⁹. modo Aui. loquiť de simplicib⁹ dans ītelligere cōposita. ¶ No. 2° p̄mi ⁊ 3° quarti. ⁊ p̄ tertij. Ap̄ata calida sunt duplicia. per eēntiā vt que sunt de materia calida: ⁊ quedam sunt calida per accidēs vt quādo materia est frigida ⁊ putrefit. de vtrisq̄ȝ intendit.

Dub. 2.

¶ Dubitať. quare poti⁹ distixit frigida in flegmatica pura ⁊ mollia q̄ȝ calida in cholica ⁊ sanguinea. Dōm ꝙ cura illoꝝ magis diuersificať. Uel dōm ꝙ distinctio ap̄atum calidoꝝ omnibus erat nota: q᷑ ap̄atuȝ calidoꝝ quedā sunt cholerica: quedā sunt sanguinea.

¶ Et ipsoꝝ qdem cause aut sunt primitiue aut antecedentes: ⁊ antecedentes qdem sicut repletio: ⁊ primitiue sunt sicut casus: aut percussio: aut morsus.

¶ Exeqtur aliā diuersitatē ex p̄te cause efficiētis. Et p̄ p̄mittit diuisionē. Scđo subdiuisionē. ibi (Quedā.) ¶ In p̄ma dicit ꝙ ap̄atuȝ quedā sunt quoꝝ cause sunt p̄mitiue: ⁊ quedā antecedentes.

Dub. 3.

¶ Dubitať cause ap̄atuȝ sunt sex. s. quatuor humores ⁊ vētositas ⁊ aquositas. Dicenduȝ ꝙ iste sunt cause īmediate apostematū. Alie sunt cause mediate: ⁊ de istis loquitur Auicen. hic. modo de causa coniuncta non loquitur Auicen. hic.

¶ Quedam vō que sunt ex causis primitiuis: quādoq̄ȝ cum corporis repletione se representant: ⁊ quandoq̄ȝ eueniunt cum equalitate humorum.

Dub. 4.

¶ Ponit subdiuisionem dicens: ꝙ cause primitiue aliquādo faciūt apostema corpore existente repleto: ⁊ aliquando non repleto.

¶ Dubitať. videtur ꝙ non possit fieri apostematio corpore existente in humorum equalitate: quia omni apostemati debetur humorum euacuatio que opponitur repletioni. Dicēdum ꝙ repletio est duplex. totius ⁊ de ista loquitur. alia est repletio p̄ticularis in p̄te particulari: ⁊ de ista non loquitur Auicen.

¶ Et ea quidem que sunt propter causas antecedentes aut primitiuas cum repletione corporis representata: aut sunt in membris que principalibus sunt eis vicina sicut euacuantia: aut non sunt.

¶ Ponit diuersitatem apostematum ex parte loci: q᷑ quedaȝ fiunt in locis deputatis expulsioni quedam non: etiaȝ talia distinguunť: quia quedam sunt membra intrinseca: ⁊ quedaȝ extrinseca penes que cura diuersificatur: vnde emunctoria sunt sedimina principali membro: quia eas superfluitates recipiunt.

¶ Et si non sunt nullo mō: aliquid ex resoluentibus est

eis

eis applicandum in principio: imo membrū expellens est meliorando si ibi fuerit membrū expellens: aut totum corpus melioretur si non fuerit ibi membrum singulare quatenus ad ea perueniat quicquid refrenat ⁊ ad diuersum trahit ⁊ stipticum efficit.

¶ Ponit curā hoꝝ apostematū. Et p̄mo ponit curaʒ extrinsecoꝝ. ibi (Oculoꝝ.) Prima in duas. Primo ponit curaʒ quando sunt in emunctorijs. Scd̄o quādo alibi. ibi (Si vo.) Prima in duas. Primo ponit curā factoꝝ a causa intrinseca. Scd̄o ab extrinseca. ibi (Ea vo.) Prima in duas. Primo ponit curā in principio. Scd̄o in augmento. ibi (Cum aūt.) Tertio in statu. ibi (Tunc enī.) Quarto in declinatione. ibi (Cū aūt.) Prima in duas. Primo ponit curam in generali. Scd̄o in sp̄ali. ibi (Opʒ.) Prima in duas. Primo hoc. Scd̄o diuersiuū ponit. ibi (Est tamen cum.) ¶ In prima dicit ꝙ si ista apostemata nō sint in emunctorijs opʒ meliorare membrum ⁊ confortare cum stipticis repercussiuis.

Dubm 5m ¶ Dubitat̄ vtrū in principio cōpetāt stiptica repercussiua. Primo ꝙ nō: q꞉ ꝯfortat̄ retētiua. mō nos egemus forti expulsiua. ¶ In cōtrariū Auicē. ¶ Dōm ꝙ sunt approximāda nisi sit īpossibilis repꝰcussio vt in mā venenosa. Scd̄o in apostematibꝰ emūctorioꝝ repꝰcussiua nō sunt approximāda: nisi ad remittēdū acuitatē mãe non ad repercutiendū. etiā quādo materia est fluxa nō amplius repercutimus. etiā quando materia est grossa viscosa: q꞉ talis materia nō bene pōt repercuti: sed in alijs casibus possibilibus repercutimus. ¶ Et ad rōnē dico ꝙ repercussiua cōpetunt quādo materia est per viam defluxus: ⁊ nō per viam paulatine cōgestionis. vnde frigida stiptica cōprimunt membrum vt exprimat: tamen quādo materia est pauca: q꞉ quando esset multa magis cōprimit̄ in mēbro: q꞉ nō pōt exprimi cum omnia membra sint plena.

Dubm 6m ¶ Nota dubitat̄ vtrū sit mēbrū meliorādū sic ꝙ mãe ad eū currāt. Primo ꝙ nō: q꞉ tunc peiorarek. Dōm ꝙ sic: q꞉ Aui. loquit̄ de mēbro expellēte: sed talis melioratio fit per euōneʒ ⁊ diuersionē: sed quādo est pauca solū diuertit̄. vel ꝙ intēdat membrū respiciens: ⁊ tūc meliorarek mēbrū vt expellat ⁊ meliorat̄ per istud ꝙ ad diuersuʒ trahit ⁊ stipticū facit idē. 3. thegni tex. cōmē. 157. ꝭm Haly. de cura apostematū vbi dicit ꝙ fit ꝑ pulsuʒ tractū ⁊ trāsmissum.

¶ Et tamen cuʒ diuersitate illius membri fit attractio ad illud qꝺ in alio latere diuerso est positū ꝓpter exercitium ipsius: aut ꝓpter reʒ ponderosam suꝑ ip̄m delatam. nam multotiēs a manu apostemosa trahit̄ mā qñ cū alia res defert̄ ponderosa ⁊ hora vna tenet̄.

¶ Tangit diuersiuū cōpetēs in p̄ncipio dicēs ꝙ per exercitiū mēbri oppositi fit tractus materię ad diuersum: vt si sit apostema in vno brachio motus alterius brachij diuertit materiam.

¶ Opʒ aūt vt stiptica ꝯstrictiua repercussiua fride cōplexionis pure existāt si ap̄ata fuerit acuta. Qz si ap̄ata fuerit frida opʒ ꝙ alicui sint admixta in q̄ virtus sit calida cū retētiōe sicut squinātū ⁊ blacte bizantie.

¶ Ponit curā apostematū magis in sp̄ali: ⁊ dicit ꝙ si apostemata sint calida dn̄t poni pura repꝰcussiua: ⁊ si sint frida dn̄t misceri eis calida: vt blacte bizantie ⁊ sqnātū que sunt aliqualr̄ calida.

Dubm 7m ¶ Dubitat̄ tūc in p̄nᵒ cōpeterēt cal̄a. Dōm ꝙ ponunt̄ ad subtiliādū mãʒ ⁊ vt frida melius penetrēt ⁊ ponunt̄ ad mitigādū dolorē.

¶ Cū aūt maturare volueris minues retētiuū ⁊ admiscebis ei qꝺ sit resolutiuū donec ad statū ꝑueniat.

¶ Ponit curam in augmento ⁊ dicit ꝙ cum frigidis repercussiuis debes miscere calida resolutiua.

Dubm 8m ¶ Dubitat̄ q̄dā ap̄ata terminant̄ ad exiturā saniei. mō resolutiua īpediūt gn̄ōnē saniei. Dōm ꝙ ꝑ resolutiua ītēdit ēt gn̄atiua saniei: tamē in maiori q̄ntitate debēt esse repꝰcussiua ꝑꝑ timorē fluxus.

¶ Tunc ei ipsa admiscenda erit equaliter.

¶ Ponit curam in statu ⁊ dicit ꝙ debent approximari repercussiua ⁊ resolutiua equaliter.

Dubm 9m ¶ Dubitat̄ in statu magis egemus resolutiuis cū mā sit fluxa. Dicēdum ꝙ in statu est magna ebullitio: ideo applicātur repercussiua tn̄ exponit̄ equalr̄: q꞉ plus de resolutiuis q̄ꝫ prius opʒ miscere.

¶ Cū aūt declinatio fuerit non sit ibi nisi qꝺ resoluat ⁊ laxum efficiat. Et oportet quidem vt illud qꝺ frigida fluxa resoluit sit abstergens ⁊ exiccans: ⁊ hoc quidem plurimum inuenitur in calidis.

¶ Ponit curam in declinatione dicens ꝙ debent approximari solum resolutiua abstergentia propter flegma.

¶ Dubitat̄. 13. terapē. ca. 10. in declinatione docet admiscere stiptica. Dōm ꝙ ibi loquitur de cura apostematū in principalibus vbi non debemus approximare pura resolutiua. Dubm 10m

¶ Ea autem que ꝓpter causas accidūt primitiuas vbi nō est humoꝝ repletio medicari debēt in p̄cipio rei cum eis que fluxa faciant ⁊ resoluant: ⁊ si non cum eo qꝺ sit sicut illud quo primū medicatum fuit.

¶ Declarat de cura apostematū factoꝝ a cā primitiua. dicens ꝙ si apostema fiat in corpore cū equalitate humoꝝ a cā primitiua debēt in p̄ncipio apponi resolutiua exquo mā est fluxa ⁊ corpus est mundū: sed si sit corpꝰ repletū appone repꝰcussiua vt dc̄m est.

¶ Si vo membrum apostemosum membri principalis euacuatoriuʒ fuerit sicut loca glādosa in collo que sunt in circuitu aurium cerebri: aut ascelle cordis ⁊ inguina epatis: nullo modo erit ei applicanduʒ aliquid qꝺ refrenet: non ideo ꝙ hoc non sit medicamentum apostematū eoꝝ: quoniam hoc est ipsoꝝ medicamentum: sed q꞉ volumus ipsoꝝ medicari apostemata: imo studium ad hoc impendere vt ea augmētemus ⁊ materiam ad ipsa trahamus ⁊ non curamus si malitia in membra augmentata fuerit: nō enim curamus nisi de eo qꝺ membro principali est melius. Et timemus ꝙ si materiā refrenauerimus redibit ad membꝝ principale ⁊ perueniemus inde ad illud qꝺ emendare nō poterimus. Quapropter volumus vt malitiaʒ in membrū cadat ignobile cū principali ꝯtuler. t mēbro: ita vt studiū impendamus in attrahendo materiā ad membrū ignobile ⁊ facere vt ip̄m ap̄etur. Et si nō cū alijs saltem cū ventosis ⁊ emplastris attractiuis acutis.

¶ Postq̄ꝫ Aui. superius determinauit curā apostematū nō existentium in emunctorijs: nunc ponit curam apostematū ipsoꝝ existētium in emunctorijs. Et p̄mo hoc. Scd̄o declarat de alijs apostematibus. ibi (In apostemate.) Prima in duas. Primo ostēdit curam apostematū ante maturationē. Scd̄o post maturationē. ibi (Tuncq̄ꝫ ad.) ¶ In prima dicit ꝙ si apostema sit in emūctorijs p̄ncipaliū membroꝝ nō debemus approximare in principio repercussiua: q꞉ lʒ apostema indicaret: tamē timeremus repercussionē ad principalia. ¶ Nota apostema in emūctorijs vocat̄ tonū ⁊ sic snmit̄ cōmuniter pro omni apostemate. Scd̄o mō magis specialiter: ⁊ tūc vocat̄ sic qñ est in emūctorijs. Tertio mō ꝓprie vt qñ est de materia venenosa. vel pōt vocari bubo qꝺ importat emunctoriū. vel vocat̄ sic ab illa aue que occulte volat de nocte.

Dubm 11m ¶ Dubitat̄ vtrū apostema sit calidū. Videt̄ ꝙ sic: q꞉ ad eū sequitur feb. In ꝯtrariū caro glandosa est frigida: ꝫ ⁊ apostema tale. Dōm ꝙ pōt esse calidū ⁊ frigidū: q꞉ si fit per viā fluxus est calida mā q꞉ veniūt a mēbris calidis: sed si fit per viā paulatine ꝯgestionis pōt esse frigidū: q꞉ nutrimētū illarū partiū est frigidū. ¶ Et ad rationē dico ꝙ non semper sequitur feb. nisi materia illa putrefiat. ¶ Ad aliam verum est si fit ex nutrimento illius partis.

Dum 12m ¶ Dubitat̄ tertia quarti Auicē. docet talibꝰ approximare frigida. In ꝯtrariū Aui. hic. Dōm ꝙ nō cōpetūt gr̄a repercutiendi: tamen approximat̄ gr̄a mitigandi furiam materie ⁊ cā particule ad preseruandū aliqñ etiā fit hoc. Et ad rōnē patet solutio.

Dubm 13m ¶ Dubitat̄ quare Auicē. nō diuisit apostemata illa in calida ⁊ frigida. Dōm ꝙ in istis calidū ⁊ frigidū nō variant curaʒ: q꞉ in apostemate calido ⁊ frigido approximamus attractiua calida. Et si dicatur quare nō variat curā in principio statu ⁊c̄. Ex eodē mō.

¶ Cūq̄ꝫ ad collectionē ꝑuenerit hm̄ōi ap̄ata aut reliq̄ ab eis qñq̄ꝫ aperient̄ per se aut maturationis adiutorio. Et qñq̄ꝫ indigent maturatiōe ⁊ sectione simul.

¶ Ponit curam post maturationeʒ. Et primo hoc. Scd̄o ostendit quibus perficitur maturatio. ibi (Maturatio.) Tertio addit q̄ōes ꝯditiones attendendas. ibi (Qui autem.) ¶ In prima dicit ꝙ cuʒ talia apostemata veniunt ad collectionē aliquādo per se aperiuntur ⁊ aliquādo egēt auxilio artis. vnde aliquādo materia est subtilis ⁊ cutis est subtilis: ⁊ tunc natura aperit. sed quando materia est frigida grossa profunda: tunc eget auxilio artis.

Du^m 14^m ¶ Dubitatur talia apostemata possunt ne resolui. Dõm q̄ vtplurimum aperiunt: q2 cũ venit ad cuppuz maturat: sed aliqñ quando esset subtilis resoluit. ⁋ Dubitat vtrũ sit melius resoluere q̄ȝ aperire. Primo q̄ aperire: q2 est sine lesione particule. Dõm q̄ q2 vtplurimum materia nõ est subtilis apta resolui: ideo maturamus. Sed quando est subtilis materia tunc resoluimus.

¶ Maturatio vo cõplet ex eo in quo cuz calore existit oppilatio τ glutinatio vt per ip̃m calor retineat.

¶ Ostendit quibus perficitur maturatio τ dicit q̄ perficitur temperatis in quibus existit glutinatio.

Dub^m 15^m ¶ Dubitat talia calida resoluũt τ nõ maturant: ac etiam que oppilant τ glutinant impediant digestionem: q2 suffocant calidum innatum. Dõm q̄ differentia est inter medicamen glutinatiuum et resolutiuum: q2 operatio resoluentis est resoluere totuz vel partem: sed operatio glutinatiui est miscere grossuz subtili. Sed medicamen maturatiuum debet esse calidum humiduz glutinatiuũ. calidum vt resoluat. humidũ vt humectet exiccatam materiaz vt melius resoluatur sine terrestrificatione. glutinatiuũ vt seruet virt⁹ vtriusq̄ȝ. ⁋ Et ad rõnẽ primã p3 solutio per dictã differẽtiã. Ad aliã dico q̄ oppilatio venarum bene impedit digestionez: sed oppilatio membri apostemati iuuat digestionem.

¶ Qui autem maturationem efficit cum aliquo quod sit sicut huiusmodi maturatiuuz attendere debet vt si videris calorem innatum debilem τ q̄ membruz iam declinet ad hoc vt corrumpatur remoueat ab eo glutinosa τ oppilatiua τ ponat aperitiua τ scarificationẽ faciat profundaz: deinde adhibeas medicinas in quibus existit resolutio τ desiccatio sicut de eis inuestigabimus in libris particularibus.

¶ Addit duas ꝯsiderationes. 2ª ibi (Multotiens.) ¶ In pª dicit q̄ qui vult facẽ maturationẽ opȝ ꝯsiderare calidũ nãle. vnde si videt ex approximatione hoꝝ calidũ deficere dȝ ponere aperitiua.

Dub^m 16^m ¶ Dubitatur vtrum medicamen aperitiuuz debeat precedere glutinatiuũ. Videtur q̄ sic per Auicen. hic q2 dicit q̄ debet poni aperitiuũ. ⁋ In ꝯtrariũ Hippo. 4. regiminis acutoꝝ. vbi dicit q̄ qui aperiunt ante maturationẽ nõ curant particulã: sed debilitant loca sana spargendo materiã. ⁋ Dõm q̄ apertio est duplex. particule vt cum scarificamus extrahẽdo materiã malã. alia est apertio mãe. mõ prima fit coacte: sed secũda nõ: q2 ante maturationẽ non est bonũ dispergere materiã: q2 ledit loca sana. Sed qñ materia est furiosa vel quando est multa nõ intenditur aliquis cañ. imo a principio euacuamus τ apponimus aperitiua τ ventosas cũ scarificatione. etiã quando apostema est prope neruos vel venas ne nerui corrumpantur aperimus modo dicto. ⁋ Et ad rõnẽ dico q̄ Auicẽ. loquit coacte vt quãdo propter multã mãm calor deficit.

¶ Multotiens preterea erit apostema profundũ τ erit nobis necessarium trahere ipsum ad partem cutis: τ si non cum alio saltem cum ventosis ignitis.

¶ Ponit aliã ꝯsiderationẽ q̄ si apostema profundũ vnde medicamen non potest approximari approximamus ventosas.

